
A
20/
96
B-a.4-10
fonseca
Nº
2 400 40
Safta
MADE IN SPAIN

L 59

del collegio de la Compª de Jesus de granada — R/7705

Magistri Antonij coronel Secobiensis super librum Predicamentorum Aristotelis secundũ vtriusq; vie realium scilicet ⁊ nominalium principia commentaria.

Venũdatur in edibus Bernardi Aubry Parrhisijs sub intersignio diui Martini. via Jacobea commorantis.

Cum priuilegio.

¶Joannes Tacceus. Lodouico Tacceo Cognato. S. P. D.

Succinere Propertio lubet(mi Ludouice)cedite Romani scriptores cedite graij.nescio qd maius nascitur illiade. Adest enim preceptor ille noster magister Anthonius Cozonel.cui quicquid ocij a negocio theologico datur,id omne ad cudenda in philosophie disciplina opera/confert:& qui perfecto in eorum albo est annumerandus qui proficiendo scribunt/& scribendo proficiunt. Cui⁹ ego laudes si non decantare. Certe transcribere conarer.nisi & me ligue copia deficeret & ipse quoq; hoc genere laudis se assignari minime pateretur. Nam quantū huic viro/clarissimoq; fratri domino magistro. Lodouico Cozonel debeamus nec enumerare/certe scio.nec si sciam dicere ausim. Qui enim a nobis magis sunt colendi:cū hȳ quorum causa:charis parētibus relictis summis egadib⁹ extremoq; Oceano in hasce alteras athenas/ad capiendum ingenij cultum cōcessimus/plaudere certe & gaudere nobis debem⁹.q duo amantissimi Cognati.duobus integerrimis fratrib⁹ traditi sumus eruditendi agamus itaq; gratias his pcipue maximas q & nos ad bonarum litterarū studia amplexāda. sollicitant & (qō longe est prestabili⁹ magisq; laudabile)paterno amore prosequuntur:sed ne vltra licitos limites secū me trahat epistola finē imponere me placet.solū hoc te monitum velim vt porrū Catonis saluberrimū preceptum semper habeas in memoria atq; in pectore(ait enim)nō minus ocij cū negocij. Reddendam esse rationē.quo precepto quid ille bonarū litterarū magister monere voluit tute ipse per belle nosci⁹. Vale:& magnificentissimo domino. Antistitiq; maximo.domino presuli pacensi:in cuius domo ambo iam pridem ndificare incepimus. Me commendatum habe. Cui hi predicamentorum libri nuncupatim dicantur:qui & illi cum propter doctrine delectationem:tum etiam propter rei nouitatem non minus delectabiles cū iucundi futuri sunt.

Ad clarissimos viros magistrum Lodouicum & Antonium Coronel fratres:omnium dilectissimos.

Carrula dilectos non grecia laudet atridas:
Neve suū iactet pdita leda gen⁹
Duxerūt geminos psentia scla fres
Antiquis quorum cedere nollet amor.
Cor geminis/vnū/mēs fratrib⁹/vna/duob⁹:
Atq; vno constant pectore membra duo
Ambo licet pereāt:nunq; tamē occidet vn⁹:
Alter enim fratris morte redemptus erit.

Auctor ad librum suum.

Exi:quid trepidas:liber imperterritus exi!
Tu ne times ronchos:inuidiam ne times?
Dura feram multis fastidia(mi liber inquis)
Quid tibi cū multis:nun mage rara placent?
Dum paucis placeas;placuisse putabere multis
Te gratum raris auribus esse decet.
Non timeas duri frontem spectare Cathonis
Bellaq; cum naso rhinocerotis habe
Exi nil trepides:liber imperterritus exi:
Inuidiam posito discе timore pati.

Subiⁿ attributionis libri pdicam.ᵗᵒ.

causa effi ciens pdicam.ᵗᵒ. Aristo

causa formalis & finalis

Diuisio pdicam.ᵗᵒ

Ante pdicam.ᵗᵒ

Aristo. nō scripsit pdicabilia.

3ᵗᵘˢ pdicam.ᵗᵒ

7 de pdicato.

In principio istius libri prelibandum est de causis eius scilicet materiali q̄ est subiectū attributionis efficiēte formali / et finali libri ei⁹ subiectū attributionis est iste terminus predicamētū cū per totū libꝝ agatur de predicamentis & antecedentib⁹ et consequentibus ea:sed rationabili⁹ est assignare pro subiecto istū terminum termin⁹ in predicamēto ponibilis cū istius termini & eius passionuꝫ & proprietatū noticia in toto libro queraf de causa vero efficiente dubitatū est apud multos aliquibus dicentib⁹ archita tarentinū philosophuꝫ pitagoricū eius auctorē fuisse aliquib⁹ aristotelē grecorum sapientissimū cui parti ego magis assentio tum q̄ libꝝ philosopho auctori cōis attribuit psensus:tū q̄ stil⁹ eius tot⁹ sit aristotelicus:tū deniq; quia si eius auctor ille pitagoricus architas extitisset neq; hoc cōmentatorem fugisset nec vero simile est ipm illud subticuisse q̄ tū fecit forma vero est cū alijs operibus cōmunis modus scz pcedendi. Causam quidem finalez proximam:subiecti libri eiusq; proprietatū & passionū noticiam remotam quidem ceterarum rerū ad quarū cognitionē hec deseruit dicimus esse liber prima sui diuisione in tres diuidit ptes In ante pdicamenta predicamenta et post predicamenta. Anē pdicamentū ꝓ est id cuius noticia predicabilib⁹ cognitis cōducit ad doctrinā predicamentoꝝ capescendā dicit predicabilibus cognitis vt inter pdicabilia & ante pdicamenta discrimen oriaf quādoquidē predicabiliū cognitio ad eruditionē predicamentoꝝ p necessaria est: quā forte aristoteles dimisit propter multa que de pdicabilibus scripsit in topicis. Hoc aūt ante predicamentū triplex est seu prima sui diuisione in triplex secatur membrum scilicet in diffinitionē/diuisionē/& regulas. ratione cuius triplex ante pdicamentum in generali solet cōmuniter poni:diffinitio vero in triplicē partitur diffinitionem:videlicet equiuocoꝝ/vniuocorum/et denominatiuoꝝ. diuisio vero duo membra habet diuisiones scilicet duas. Regula autem duo continet membra sm duplicem regulā inferius signandā:& hinc est septem ante predicamēta in particulari cōmuniter assignari diffinitiones tres diuisiones duas/et regulas duas.

¶ Sequitur textus.

Caput primum.

f⁰ i. ij.ᵐᵒ ¶ equiuocā. ꝑ

Equiuoca dicūtur quorum nomen solum cōmune est. secundum nomen vero substantie ratio diuersa. vt animal homo. et quod pingitur Horū enim solum nomen cōmune est. secundū nomen vero substātie ratio diuersa Si enim quis assignet quid sit vtrūq; eorum quo sunt animalia. propriam assignabit vtriusq; rōnē

¶ Phūs op⁹ ipm aggrediēs/a diffinitione equiocoꝝ exordiū sumens/eā in fronte ponit q̄ talis est. Equiuoca dicūtur quorum nomen solū cōmune est sm nomen vero substātie ratio diuersa:pro cuius diffinitionis intelligentia. Notandum est primo q̄ duplex est equiocum. s. equiuocum equocatū/ et equiuocū equiuocans Equiuocū vero equiuocātū:est res significata per terminum equiuocū equiuocantē/ terminus aūt equiuocus equiuocans est terminus significans sua significata diuersis conceptibus totalib⁹ non synonimis q̄ qui

equiuocū duplex equocatum equocans

dem diffinitio inferi⁹ declarabit. aristoteles vero diffinit equoca equocata & nō equiuoca equocātia:hoc pro p diffinitione in qua d̄: equoca dicunt quoꝝ nomē est cōmune costat aūt q̄ ipis equiuocis equocatis nomē est cōe inquantū talia/& nō equocis equiuocātib⁹: non. n. requirit ad equiuoca equiuocantia p idē nomen significari. substantia capit in diffinitione pro reb⁹ significatis p equiuocū equiuocās et ratione substantie esse diuersaz sm illud nomen idē est q̄ plures res/ vel eandē p eundem terminū diuersis conceptibus totalib⁹ non sinonimis significari:ex quo pz toti⁹ diffinitiōis intellectus qui talis est equiuoca dicunt id est equiuoca equocata sunt res vel entia quoꝝ nomē ē cōe.i. que significantur p eundē terminū & ratio substātie sm illud nomen.i. conceptus mediantib⁹ quib⁹ significant p talē terminū est diuersa id ē sunt totales nō sinonimi et iste est clarissimus intellectus diffinitionis philosophi:secundo notandum est q̄ res ipe ad extra seclusis nominibus ad placitū significātib⁹ nec sunt equoca equiuocata nec equiuocātia hoc pz per diffinitionē declaratam seclusis naq; nobis ad placitū significantib⁹ nulle res significarent per eundez terminū mediantibus diuersis cōceptib⁹. Et ad hoc designandū dixit phūs in littera equiuoca dicunt & nō dixit sunt vt daret intelligere nulla res esse equiuoca equocata nisi sm̄ q̄ significantur per aliquē terminū diuersis conceptib⁹ totalibus nō sinonimis hec aūt equiuoca equiuocata sm boetiū in cōmento predicamentoꝝ differunt ab vniuocis vniuocantib⁹. multi vocis & diuersi vocis qualr autem differunt ab vniuocis inferius tractādo de vniuocis dicetur. multiuoca vero sunt res que nec eadem voce nec scriptura significantur:nec etiam diuersis eodem conceptu mediante sicut sunt hecres/lapis coloꝝ diuersis cōceptib⁹: & si queras quas voces in presentiarum diuersas appellamus. Dico illas que sm cōceptus nō vltimatos synonime nō sunt: vt iste due lapis & coloꝝ. Sed dices videf nulla esse diuersiuoca cū oīa hoc nose ens significenf. Respondeꝝ veruz esse:sed diuersi vocoꝝ diffinitio sic est intelligenda. diuersiuoca sunt res vocibus nō sinonimis sm conceptus vltimatos necnō vltimatos significate. cuz qua stat tales res significari eodez termino mediante eodem conceptu: multi voca vero sunt que noibus nō sinonimis sm conceptus nō vltimatos:sinonimos tamen scōz concept⁹ vltimatos significātur: verbi gratia. gladius & mucro significantur istis terminis gladi⁹ & mucro sinonimis scōm conceptus vltimatos & nō scōm conceptus non vltimatos vt constat. Tertio notandum est q̄ si in diffinitione equiuocoꝝ ratio substantie capiatur pro diffinitione & nō pro conceptu vt in declaratione ante posita diximus. Diffinitiōis sensus est: equiuoca equiuocata sunt res que significantur per eundem terminum habentem diuersas diffinitiones & capitur diffinitiones generaliter: vt includat diffinitionem quid nominis descriptiuam vel quidditatiuā. Terminus namq; absolute significans potest esse equiuocus: & nō habet diffinitionem quid nominis: nec tamen requiritur ad terminum esse equiuocū q̄ habeat diffinitionem quid ditatiuam: quia tunc nomina significantia res indiuisibiles scōm nominales: vel vltimas differentias ens/& suas passiones nō possint esse equiuoca: q̄ falsum est: sed satis est q̄ habeat aliquam diffinitionem: veruz prima diffinitiōis explicatio facilioz est. Quarto/ Notandū est q̄ equiuoca equiuocantia sunt termini quoꝝ quilibet significat sua significata diuersis conceptibus totalibus non sinonimis: sicut iste terminus canis signi

ficat canem latrabilem/z piscem marinū diuersis conceptibus totalibus non sinonimis/z tale equiuocū eq̄uocans scōm Boetium in cōmento predicamentorum diuidit quoddā est equiuocū a casu: quoddam est equiuocum a consilio: quoddā est analogū: equiuocū vero a casu est termin⁹ equiuocus equiuocans eq̄ primo impositus ad significandū sua significata termin⁹ non dicitur eque primus imponi ad significandum sua significata: q̄ eque cito seu simul imponit ad significandus vnum aut aliud: sed q̄ impositor imponit ipsum ad significandū aliquod suum significatū non cogitādo ipsum aliud significatū significare: vel si hoc cogitat: nō inde mouet ad impositionē ꝫ intendit faciendas: verbi gratia. si iste termin⁹ homo iā impositus ad significandos hoīes imponeretur ab aliquo ad significādos lapides: non quia significat homines: vel nō cogitādo ipsum significare homines diceretur talis termin⁹ homo equiuocū a casu: quia in casu posito accidit terminum impositus ad significandos homines imponi ad significandos lapides cum impositor non intenderet imponi ipsum terminum ad significandos lapides: q̄ significabat homines: terminus vero equiuocus a cōsilio est terminus equiuocus significans sua significata nō eque primo: sed vnus per prius z aliud per posterius. ¶ Termin⁹ dicit significare vnū per prius z aliud per posterius qui impositor est ad significandum vnum: quia significat aliud cū quo illud ad quod significādū iam imponit: habet similitudinez Verbi gratia. Iste termin⁹ homo imponebat ad significandos homines pictos propter similitudinē quaz habet homo pict⁹ in exteriori superficie cum homine viuo. Unde iste terminus homo est terminus equiuocus a consilio. Et quia ad equiuocū a cōsilio scōm istam declarationē requirit duplex impositio in tali termino: quarum vna precedat aliaz: ideo talis termin⁹ dicitur significare aliquid per prius z aliquid per posteri⁹. Termin⁹ analogus est terminus equiuocus significās aliqua propter aliqua similitudinem inter illa reperta: que quidem similitudo nō attenditur scōm qualitatem vel protractionem exterioris superficiei: sed scōm proportionē: ita q̄ impositor motus illa proportione fecit secundam impositionem verbi gratia. Iste terminus principiū est termin⁹ analogus q̄z significat vnitatē principiū numeri/z punctū principiū linee diuersis conceptibus totalib⁹ nō sinonimis/z cū hoc impositor imposuit istum terminū principium ad significandū punctū propter similitudinez proportionis: id est conuenientiam/quā habet punctū cū vnitate sic: q̄ sicut se habet punct⁹ ad lineam sic vnitas ad numerū: sicut enim vnitas est initiū z terminus numeri: sic etiā ē punctū in initiū z termin⁹ linee. Quorum aliqui non faciunt discrimen inter analogū/ z equiuocum a consilio: sed indifferenter illis terminis vtuntur diffinientes equiuocum analogum vt diffinitum est equiuocū a consilio. Quinto notandū est q̄ scōm Boetium in libro predicamētorum adhuc est alia acceptio termini equiuoci. Pro qua intelligenda aduertendum est q̄ aliquando aliquis terminus est impositus ad significandum aliquid: z postea imponitur ad significandum aliquid aliud non propter similitudinem in acceptione superius posita: quam habet cum primo significato: sed quia pertinet aliquo modo ad ipm: tanq̄ ei⁹ signum: vel causa efficiens principalis/ vel instrumentalis/vel dispositiua: verbi gratia. Sanum est impositum ad significandum animal habens sanitatem: vel de est impositus ille terminus ad significandū causam sanitatis efficientem: vel instrumentalem/sicut medicina/vel cibum/vel aliqua instrumenta/vel etiam vrinam quia est significatiua sanitatis. Dicimus nāq̄ p patiente volorem capitis ex colligantia stomachi pillas de gera prīega sanas: z pro patiente collicā fugatiuum cibum/z instrumenta cirurgici ferramēta sana appellamus. Ueruz aduerte q̄ tale equiuocum nō stat pro significato minus principali: nisi solum quando adiectiue tenetur: nō enim iste terminus sanus stat pro medicina: vel esca sana nisi quando adiectiuā cū isto termino medicina/vel esca: nec stat pro sanitatis signo nisi sit adiectiuū huius termini vrina: vel alterius termini sanitatis significatiui dicendo medicina sana esca sana/vel vrina sana. Et huius rei nō est querenda alia ratio: preter beneplacitum cōmuniter loquentiuz. Ex istis que dicta sunt infero aliqua correlaria. primū. Primo in diffinitione equiuocorum nō accipitur pro quacunq̄ parte orationis indifferenter: quia nō accipitur pro partibus orationis sincathegoreumaticis q̄ patet talia namq̄ non sunt communia equiuocis equiuocatis cum nihil significēt verum neq̄ accipitur pro nomine quod est vox significatiua et cetera. tum quia scriptura est communis equiuocis equiuocatis. tum etiam quia obliquus oblique tentus est cōmunis equiuocis equiuocatis et tamen non est nomen scōm illam diffinitionem. Secundo sequitur q̄ licet ista cōsequentia sit bona hec sunt equiuoca equiuocata. ergo respectu alicuius equiuoci equiuocantis. ista tamen nichil valet hoc est equiuocum equiuocās: ergo respectu aliquoz equiuocorum equiuocatorū q̄ prima sit bona notum est cū nō dicantur equiuoca equiuocata nisi quia significantur per terminū equiuocum equiuocātem. Secunda pars ptz quia termin⁹ sincathegoreumaticus est equiuocum equiuocans et tamen nō habet equiuoca equiuocata hoc patet nichil nec aliqua significat. q̄ autem terminus sincathegoreumaticus sit terminus equiuocus equiuocās patz quia talis significat aliqualiter diuersimode diuersis conceptibus vel actibus nō sinonimis nec est negandum hoc sufficere ad terminum esse equiuocum equiuocātem. Tertio sequitur q̄ licet ad hoc q̄ aliqua sint equiuoca equiuocata requiratur q̄ significentur diuersis conceptib⁹ totalibus non sinonimis non tamen requiritur ad hoc q̄ aliquid sit equiuocum equiuocatum q̄ significetur diuersis conceptibus totalibus non sinonimis. prima pars patet per diffinitionem et secunda probatur quia canis latrabilis seu celeste piscis marinus sunt equoca equiuocata ergo q̄libet eorum est equiuocum equiuocatū nō enim appareret quare in proposito cōsequentia illa negetur z tamē nō quodlibet eorum significatur per aliquem terminū mediantibus diuersis conceptibus totalibus nō sinonimis. Quarto sequitur q̄ ista propositio est distinguēda equiuocum est equiuocum quia vel vtrum extremū capitur materialiter vel significatiue vel subiectū materialiter z predicatum significatiue. si primum vel secundum vera est si tertium falsa est quia sensus eius est q̄ iste terminus equiuocus significat sua significata diuersis conceptibus totalibus nō sinonimis cum vnius voce significet sua significata et si dicas ꝫ hoc esse falsum quia significat se naturaliter communiter mediante suo conceptu non vltimato et significat ad placitum proprie terminos equiuocos mediāte suo conceptu vltimato ergo est terminus equiuocus. consequentia patet quia illi concept⁹ sunt totales non sinonimi respondetur negando consequentiam ad terminum equiuocum requiritur proprie significare ad minus scōm intentionem philosophi qui voces nō ad placitum significantes vocaret non significatiuas: concedentes tamen ad terminum esse equiuocum sufficere significare diuersis conceptibus totalibus nō sinonimis large capiendo significare propositio est vera/in quocūq̄ sensu ista igitur visis/et prelibatis queritur. Utrum diffinitio equiuocorum sit a philosopho sufficiēter posita. Et videtur q̄ sic. tum auctoritate philosophi/tum per declarationem eius. Oppositum tamen arguitur: z primo sic nullus est/vel potest esse termin⁹ equiuocus: ergo conclusio supponit. Consequentia patet: quia si nichil est equiuocū equiuocans: nihil est equiuocum equiuocatum: vt in tertio corrolario diximus. probatio antecedentis: si sic esset iste terminus canis in significando canes latrabiles/z pisces marinos/z sydus celeste sed hoc nō igitur: probatio minoris: construantur tres propositiones in mente in quarum prima subiciatur: similitudo canis latrabilis. i secūda similitudo piscis marini: in tertia similitudo syderis celestis: et tunc sic ista vox canis non significat sua significata diuersis cōceptibus totalibus ergo non est terminus equiuocus. Probatio antecedentis. Nam significat mediantib⁹ illis tribus similitudinibus/que non sunt cōceptus totales sed partiales cum sint partes illarum trium propositionum quarum sunt subiecta. ¶ Pro solutione Notandū ē q̄ esse conceptum totalē potest dupliciter capi. Prime intentionaliter: z secunde intētionaliter prime intentionaliter licet non sit ad propositum dupliciter: vno modo tantum valet: sicut esse partem alterius. Alio modo vt tantum valet sicut nō carere aliquo: quod est/vel potest esse pars ei⁹. Quomodo quelibet res potest dici totum: in qua significatione totus et perfectum idem sunt. Sed secunde intentionaliter capiendo idem est esse conceptum totalem q̄ subordinare aliquem terminum totaliter: hoc est ratione sui: et non ratione alicuius partis eius: detur exemplum. Similitudo omnium hominuz est conceptus totalis respectu huius vocis homo: cum iste terminus homo subordinetur illi similitudini: nō quia aliqua pars ei⁹ ei subordinatur. Et si ista oratio Homo est animal: aliquomodo subordinatur isti cōceptui homo: hoc est ratione istius partis sui Homo: que subordinatur illi cōceptui. Nam si ille terminus homo nō subordinaretur ei: nullo modo esset concedendum totam orationē subordinari conceptui omnium hominū. Istis positis dicitur ad formam argumenti negatur antecedens. Et ad probationem negatur minor z ad probationem ei⁹ admitto casum: et distinguo in casu illo illas tres similitudines nō esse coaceptus totales vel prime intentionaliter/conceditur. Sed nihil contra diffinitionem in qua esse conceptum totalem capitur secunde intentionaliter et nō prime. Secunde vero intentionaliter minum capiendo negatur cuz ista vox canis totaliter cuilibet illozum conceptuum subordinetur: ratione cuius quilibet illozum cōceptuum. Dicitur totalis respectu istius vocis canis: et partialis respectu istius orationis canis currit. ¶ Contra hoc sic Arguitur. Ad terminum esse equiuocum nō requiritur significare diuersis conceptibus totalib⁹ in significatione data: ergo solutio nulla. Consequentia patet: quia est contra diffinitionez. Et consequentia probatur. Imponatur iste terminus homo ad significādos omnes homines: sicut de facto impositus est: z consequenter hoc aggregatum a homo imponatur ad significādos asinos: ꝫ diu ly Homo significabit homines. Et similiter ad significandos homines sub eadem conditione Tunc arguitur sic: ly homo est terminus equiuocus: constat: et

tamen non significat diuersis conceptib⁹ totalibus nō synonimis: igitur. Nota est maior/et minor probatur: quia ille conceptus homo nō est conceptus totalis respectu istius aggregati a Homo. Patet hoc: quia ly homo non subordinatur illi: nisi illius pars subordinetur illi: ergo non est totalis respectu eius. Consequentia patet: et Antecedens probatur. Significatum nāq̄ totius aggregati dependet ex significatione partis in significādo homines. ergo totum aggregatum non significat mediante isto conceptu homo: nisi quia eius pars illo conceptu mediante significat. Respondetur negando antecedens. Et ad probationem admitto casum: z nego antecedens. Pro minore/et ad probationem dico q̄ ista propositio totum aggregatus subordinatur conceptui omnium hominum: quia pars subordinatur ei dupliciter intelligitur Uno modo sic totus aggregatum subordinatur illi conceptui. Sed partez illi conceptui subordinari est causa quare totuz aggregatum subordinetur ei. Alio modo sic: totum non subordinatur illi simpliciter: sed tantum subordinatur ei scōm partem: ita q̄ tantum est subordinatio scōm partem tam ratione cuius partis subordinationis subordinatio attribuitur toti aggregato si primo modo intelligatur antecedens est verum z consequentia nulla cuz nō solum cum antecedēte stet sed ex eo sequatur illud aggregatum sinonimum esse cum conceptu omnium hominum et in solutione data quando dicimus vocem significare mediante aliquo cōceptu totali est esse significatiū mediante illo/nō quia pars illa significat mediante illo intelligitur secūdo modo. si vero secūdo capias antecedens est falsum ex quo patet q̄ tota ista propositio. Homo est animal si cōcedatur subordinari isti conceptui homo quia pars subordinatur ei hoc debet intelligi secūdo modo vt sit sensus subordinatur scōm suam partem: z hoc bene impedit illuz conceptum homo totalem esse respectu istius orationis homo est animal. Ex argumento isto habetur qualiter illa particula diffinitionis equiuoci equiuocātis intelligi debeat. ¶ Dubitatur vtrum terminus sincathegoreumaticus debeat dici equiuoc⁹ significando diuersimode aliqualiter mediantibus diuersis actibus z videtur q̄ sic per dicta superius in quodam corrolario. sed oppositum arguitur auctoritate ipsius commentatoris qui in cōmento istius diffinitionis sic dicit. equiuoca dicunt ea quoruz nomina sunt communia: id est equiuoca sunt quibus non inuenitur aliquid commune vel associabile illi nisi nomen tantum sed diffinitio cuiuscūq̄ eoruz que declarant substantiam eius scōz q̄ significat illud nomen commune eius diuersificatur a diffinitione alterius. cuz igitur terminus sincathegoreumaticus nichil significet sequitur eius significata non habere diffinitionem aliam et aliam et per consequens non esse terminum equiuocum. respondetur admissa auctoritate commentatoris z nego vltimam consequentiam: q̄ commentator nō intendit sicut nec philosophus diffinire equiuoca equiuocantia sed tantuz equiuoca equiuocata ad que requirit. significare per nomen habens diuersas diffinitiones secundum q̄ significat illa vt declaratum fuit superius in secūda expositione quam diffinitioni philosophi dedimus que videtur etiaz magis ad mentem commentatoris vnde ex hoc q̄ sincathegoreuma sit equiuocum equiuocās nichil aliud sequitur nisi q̄ detur equiuocum equiuocās respectu cuius nulla sunt equiuoca equiuocata q̄ concessimus superius. ¶ Secundo principaliter sic arguitur. Supponatur q̄ iste terminus a significet fortem mediante isto con-

ceptu sortes et idem terminus significet eundem sor-
tem mediante aliquo conceptu cōnotatiuo proprio ip
sius sortis ꝛ arguitur sic. Iste terminus a est terminus
equiuocus et tamen non significat sua significata di-
stinctis conceptibus totalibus nō synonimis. Igitur
maior patet: quia non habet nisi vnum significatum.
Dices forte diffinitionem esse sic intelligendam signi
ficans sua significata vel suum significatum vt argu
mentum probat ad terminum equiuocum non requi
ritur ꝙ significet plura: sed satis estꝙ significet vnum
vel plura diuersis conceptibus ꝛcetera.
Cōtra hoc sic arguitur. Ille terminus a in casu im-
positionis quando tenetur in recto et obliquo equiuoce
significat et tamen non mediante conceptibus non si-
nonimis igitur intentum. maior patet: alias iste propo
sitiones conuerterentur album a currit: album a cur-
rit posito ꝙ ly/a/in primo teneatur in recto et in secun-
da teneatur in obliquo: immo essent sinonime. conse-
quens est falsum ergo et antecedens ꝛ minor patet: q
conceptus rectus et obliquus sunt synonimi et sic nō
significat mediantibus diuersis conceptibus non sy-
nonimis. Dices forte rectus et obliquus sunt synoni-
mi significatione essentiali sed non accidentali ꝛ in dif
finitione ly non synonimis accipitur pro terminis qui
non sunt synonimi significationem essentiali vel acci-
dentali sub disiunctione. Cōtra hoc sic arguitur. Iste
terminus liber sortis equoce significat non tamen me
diantibus conceptibus non synonimis: igitur solutio
nulla maior patet; quia quando obliquus regitur ex vi
possessionis vel ex vi cause efficientis certum est non
eodem modo significare alias istud conuerteretur hoc
est liber sortis / hoc est liber sortis tenendo obliquum
in prima ex vi possessionis et in secunda ex vi cause effi
cientis ꝙ est manifeste falsum. minor patz: quia est idē
conceptus numero cui subordinatur siue sic/siue sic te
deatur videlicet aggregatum ex conceptu cui subordi
natur iste terminus liber et conceptus cui subordina-
tur iste terminus sortes/sortes dices ꝙ licet ita sit non
tamen eodem modo sumitur: quia capiendo obliquꝫ
in mente vt regitur ex vi possessiōis vel ex vi cause effi
cientis non eodem modo significat et sic istud comple
xum vocale liber sortis licet significet mediāte illo cō
ceptu dato non tamen ille conceptus secundum vnam
acceptionem est sibi synonimus secundus aliam ꝛ hoc
sufficit ad hoc ꝙ complexum vocale dicatur significa
re mediantibus diuersis conceptibus totalibus non
synonimis: sed hec solutio nulla est quia ponit equiuo-
cationem in mente vltimata que nullo modo est ponē-
da et postea declarabimus. Ideo aliter dicitur conce-
dendo ꝙ iste terminus liber sortis sit terminus equi-
uocus negando tamen ꝙ significet mediante eodez cō
ceptu et ad probationem concedo ꝙ istud complexum
liber sortis est conceptus cui subordinatur vt ly homi-
nis regitur ex vi possessionis sed vt regitur ex vi cause
efficientis non subordinatur illi complexo sed isti liber
compositus a sorte quem constat non esse synonimum
primo ex quo sequitur ꝙ in mēte terminus genitiui ca
sus nunc̄ regitur ex vi cause efficientis sed replicatur
sic. Sequeretur ꝙ non esset debita subordinatio inter
vocem et conceptum cui subordinatur ꝙ non est dicen
dum. alias vox non subordinaretur illi conceptui con-
sequentia patet: quia ad debitam subordinationem re
quiritur terminum subordinatum ꝛ terminum cui sub
ordinatur esse synonimos essentialiter et accidentali-
ter: alias dicam terminum rectū subordinari obliquo
et obliquum vnius casus subordinari obliquo alteri⁹
casus quod est falsum: quia tunc iste dueessent synoni
me animal album currit et animal albi currit ꝙ est fal-
sum cum in casu facili oabitur vna vera alia existente
falsa et per consequens non sunt conuertibiles ꝛ a for
tiori nec synonime probatur iam consequentia quia in
ista oratione hoc volumen est liber sortis regendo obli
quum ex vi cause efficientis verum est dicere obliquꝫ
illum esse genitiui casus: sed non est sic de obliquo cui
subordinatur cum per te istud complexum mentale li-
ber compositus a sorte est conceptus cui subordinatur
ille terminus liber sortis ꝛ non includat; terminum cū
toli obliquitate vt constat igitur intētum. ¶ Respon-
detur supponendꝫ esse in mente vltimata reperiri ca
sum alias vt probatum est iste due animal album cur-
rit et animal albi currit essent synonime et conuertibi-
les: ꝙ vt dictum est falsuꝫ esse constat. tunc ad argumē
tum dicitur negando consequentiam ꝛ ad probationē
dicitur ꝙ non requiritur ad debitam subordinationem
ꝙ totum complexuꝫ vocale subordinetur toti complex
o mentali et pars parti taliter ꝙ sit debita correspon-
dentia inter totum et totum et inter partem ꝛ partem
nam ꝛ tota hec oratio homo est animal potest imponi ad
significandum tantum sicut ista mentalis asinus cur-
rit et tamen non reperietur illa correspondentia syno-
nimitatis Inter partes huius orationis vocalis ho-
mo est animal ꝛ huius mentalis asinus currit sed satis
est ꝙ totuꝫ imponatur ad significandum synonime cū
toto sic est in proposito facta namq̄ est talis impositi-
tio cum aggregatum ex recto et obliquo secundi casus
significet illud compositum a tali secundum exigentiā
recti et obliqui et hoc est obliquum secundi casus regi
a recto ex vi cause efficiētis ex quo infertur ꝙ aliquod
est complexum vocale cuius significatio non dependet
ex significatione partium sic scilicet ꝙ partium impo-
sitio sufficiat ad significationem totius sine noua im-
positione sicut de facto cōtingit in multis orationib⁹
vocalibus vel scriptis hoc patet nam significatio hu-
ius cōplexi liber sortis quādo obliquus regitur ex vi
cause efficientis non dependet a significatione partiū
modo dicto alias subordinaretur isti conceptui liber
sortis sicut ista oratio homo est animal subordinatur
complexo composito ex conceptibus quibus subordi-
nantur partes istius orationis homo est animal sed di-
ces quare potius concedo istud complexum liber sor-
tis quando obliquus capitur ex vi possessionis subor-
dinari mentali complexo composito ex conceptibus:
quibus subordinātur partes istius orationis liber sor-
tis cū quando regitur ex vi possessionis. dico Primo
ꝙ ratio est naturalis modus significandi terminorum
qui videtur ad hoc magis appropriatus vel commu-
nem vsum terminorum ad hoc esse secundo dico ꝙ nō
est michi cura ꝙ subordinetur isti complexo mentali
liber sortis quando obliquus regitur ex vi possessiōis
vel ex vi cause efficientis dum modo nō dicatur ꝙ vtro
cꝫ modo capiēdo subordinatur ei quia illud est impos
sibile vt antea probatum est: et nichil esset dicere ad
argumentum principale obliquum genitiui casus re-
ctum ex vi cause efficientis subordinari alicui concep-
tui eiusdem casus secum alterius omnino rationis
specifice a conceptu cui subordinatur quando regitur
ex vi possessionis taliter ꝙ imaginaremur duos obli-
quos in mēte eiusdem casus synonymos significatio

ne essentiale et accidentale quo ad obliquitatem nihil
ominus vnus eorum regitur a recto precise ex vi cau-
se efficientis et alter taliter regi non potest: et ecōtra
de alio obliquo: licet defensari possit: non tamen neces
sarium est descendere in illud: quia cum argumentum
aliter bene soluatur vt dictum est dicere hoc esset po-
nere pluralitatem sine necessitate: elige tamen istoruꝫ
quodcunq̄ volueris.
¶ Tertio principaliter sic arguitur aliquis termin⁹
significat mediantibus diuersis conceptibus totalib⁹
non synonimis: et tamē non est equiuocus. igitur diffi
nitio termini equiuoci equiuocantis nulla antecedēs
prouтraq̄ sua parte probatur. ponatur casus ꝙ sortes
fortet istas propositiones omnis homo est animal ꝛ
non homo est animal ꝛ deus impediat ne illa negatio
non neget illius propositionis copulam impediat quo
cꝫ negationem illam distribuere predicatum sed non
impediat distributionem subiecti, ꝛ arguitur: istud sin
cathegoreuma omnis in vvoce. vt tenetur in ista vo-
cali omnis homo est animal non est terminus equiuo-
cus: et tamen significat mediantibus diuersis conce-
ptibus totalibus non synonimis. igitur maior constat
et minor probatur: quia significat mediantibus istis
actibus omnis: et illa negatiōe nō. et ille actus menta
lis omnis et illa negatio non / non sunt termini synoni
mi. igitur minor patet. Tum primo: quia qualitercun-
cꝫ significat ly omnis ad placitum taliter significat il-
la negatio in casu posito. hoc patet: quia in casu posi-
to illa negatio precise significat aliqualiter distribuen
do subiectum propositionis in qua ponitur vt constat
et taliter significat ly omnis in voce respectu de ly ho
mo ꝙ autem ly omnis in voce subordinetur ly omnis
in mente non est questio precipue cum addantur ter-
minis synonimis. confirmatur: quia iste due omnis ho
mo est animal et non homo est animal in casu posito:
sunt synonime cum significent idem et eodem modo:
videlicet omnem hominem esse animal. nescires enim
vtruꝫcꝫ sensum aliter explicare: ꝙ autem illa negatio
nō/ et ille actus omnis/non sint termini synonimi. pa-
tet: quia negatio illa apta nata est ex natura sua signi-
ficare aliqualiter qualiter non est aptus natus signifi
care. Ille actus omnis igitur non sunt termini syno-
nimi. consequentia patet: hoc sufficit ad terminos nō
synonimos ꝙ vnus ex nature sua vel ex impositione
quā habet sit aptus significare qualiter alius non est
natus significare actu nec aptitudine. nam propter
hoc dicemus hos duos terminos homo asinus inscri
pto ad quos nullus aduertit non esse synonimos ha-
betur igitur probatum totum antecedēs: videlicet ꝙ
aliquis terminus non est equiuocus et tamen subordi
natur diuersis conceptibus vel actibus totalibus nō
synonimis potest hoc confirmari. nam ista propositio
nullus homo est animal non significat equiuoce subor
dinatur tamen duabus propositionibus non synoni-
mis igitur assumptum verum. antecedens patet: naz
subordinatur isti nullus homo est animal et etiam isti
nullus homo est animal que est pars istius non nullus
homo est animal ꝛ ille due nō sunt synonime: cum in se
cunda ly nullus impediatur a suo officio: scilicet a di-
stributione subiecti et predicati et negatione copule:
nec valet dicere ꝙ propositio mentalis vltimata nō ē
composita ex pluribus noticijs cum gregorio in pro-
logo primi questione prima: articulo tertio, quia pre-
supponimus oppositum diceretur tamē ꝙ impeditur
in ordine ad totam sed non in ordine ad partem.
¶ Respondetur negando antecedens: set ad probatio
nem admisso: casu dicitur primo concedendo ꝙ ly ois
in voce vt tenetur in ista propositione omnis homo est
animal non equiuoce significat: et nego secundā par-
tem videlicet ꝙ significet mediantibus diuersis con-
ceptibus vel actibus non synonimis: et ad probatio-
nem nego ꝙ significet aliqualiter mediante illa nega-
tione non. Et ad probationem distingo antecedēs vi-
delicet ꝙ qualitercūcꝫ significat illa negatio taliter si
gnificat ly omnis vel actualiter conceditur: vel aptitu
dinaliter negatur. Pro quo nota ꝙ sicut ad synonimi
tatem aliquorum terminorum non requiritur ꝙ qua-
litercunq̄ actualiter vnus eorum significat taliter si-
gnificet alius. Ita nec hoc sufficit ad synonimitatem:
sed requiritur et sufficit aptitudinaliter vnum eo⁹
significare sicut alium et econtra. Quod in propositū
falsum est: et si dicas hoc est pro argumento ad probā
dum videlicet ꝙ ly omnis in voce et illa negatio non/
nō sunt termini synonimi: sed non probat ꝙ istud sin
cathegoreuma omnis in voce nō significet mediante
illa negatione nō cum vtrunq̄ actualiter eodem mo-
do significet: vnde potest sic argui: si illa negatio non/
non possit aliter significare aliqualiter quaz distribuē
do subiectum illud sincathegoreuma omnis subordi
naretur in significādo illi negationi non: sed ꝙ illa ne
gatio possit aliter significare non impedit illam subor
dinationem: igitur maior nota est: et minor probatur:
nam alias eodez modo dicam ego ꝙ impediretur sub
ordinatio istius termini canis conceptui representan
ti canes latrabiles: per hoc ꝙ iste termin⁹ canis in voce
significat ꝙ non significatur nec significari potest
per conceptum canum latrabilium sicut tu dicis ꝙ im
peditur subordinatio istius signi omnis illi negatio-
nis in casu posito per hoc ꝙ illa negatio aliter potest si
gnificare cꝫ significat illud signum omnis sim significa
tionem quam habet: nec potior ratio videtur pro
vno cꝫ pro alio sustinēdo tamen solutionem datam di
ceretur ꝙ idem penitus est terminum ad placitum si-
gnificantem subordinari alicui termino mentali / ꝛ es
se ei synonimum: et ex vno sequitur aliud et per conse
quens vbi non est synonimitas inter terminum voca-
lem et mentalem non est subordinatio nec vocalis ter
minus significat mediante tali termino mentali: et li
cet hec solutio sit satis tolerabilis ad argumētum mi
chi videtur rationabilius forze dicere sicut non requiri
tur ad hoc ꝙ terminus vocalis sit synonimus termi-
no mentali terminum mentalem significare quicquid
significat terminus vocalis vt dictum est de isto termi
no vocali canis/et sim litudine canum latrabilium ꝙ
similiter sufficiat ad hoc ꝙ terminus vocalis sit syno-
nimus mentali ꝙ sit ei synonimus scōm aliquam si-
gnificationem eius nec dissimilitudo potest esse in hoc
ꝙ vnus terminus ad placitum et alter naturaliter si-
gnificat: quia et si iste terminus canis in voce natura
liter proprie significaret illa que iam in casu significat
et eodem modo adhuc esset synonim⁹ cū cōceptu vlti
mato canū latrabiliū lz nō sm oēm sigtinoē ei⁹: ergo
etiam quādo significat ad placitū erit ei synonimum
et potest hoc ferme euidēter confirmari supposito vno
ꝙ gregorius et scotus cōcedūt de noticia i verbo vez
beatum vna simplici notica deum et omnia cognosce-

re manifestum igitur est beatum intelligere harum vocem significationem homo est animal: licet ergo ista oratio homo est animal subordinatur illi noticie simplici ꝛ quelibet eius pars: igitur ista vocalis homo est animal significat beato suum significatum mediante illa noticia idemq; est cōcedendū de subiecto et predicato eius et per cōsequēs subordinatur ei ꝛ per cōsequēs nō impeditur subordinatio. Per hoc ꝙ terminus subordinatus nō tot significet sicut terminus cui subordinatur ad subordinationem namq; termini ad placitum significātis alicui termino mētali sufficit intellectum habētem talem cōceptum mētalem apprehendere significatū vocis mediāte tali cōceptu taliter ꝙ si nō haberet talem cōceptum neq; alium vor nihil ei significaret. Lōtra hoc sic arguitur: sequeretur ꝙ ista vox sortes in significādo subordinaretur cōceptui vltimato omnium hominum cōsequens est falsum: sequela patz: quia si nō hoc esset quia ille conceptus vltimatus omnium hominum aliter significat quaz iste terminus sortes: vel quia significat aliquid ꝙ non significatur per istum terminum sortes sed nullum istorum est dicendum nō primū cū vteroq; terminus absolute significet nec sim quia illud nō impedit per antedicta: igitur iste terminus sortes in voce subordinatur conceptui vltimato omnium hominum: immo etiam sequitur ꝙ est secum synonimus et falsitas consequētis patet: quia ille qui formaret tantum conceptum omnium hominum audita ista voce sortes/ certum est ꝙ nō apprehenderet significatum eius nec ista vocali quid ei significaret. ¶ Respondetur negādo cōsequētiam et ad probationem do primū: et ad improbationem nego consequentiam: quia nō significant eodem modo. ille namq; cōceptus confuse et ly sortes distincte sortem significāt et per consequēs nō sunt synonimi: quia idē modus significandi requiritur ad subordinationem sed cōtra hoc sic arguitur: ideo ly homo cōfuse significat sortem: et ly sortes distincte, quia ly homo significat sortem et plura alia: et ly sortes precise significat sortem: sed vt dictum est hoc non impedit subordinationem: ergo solutio nulla. ¶ Respōdetur negando maiorem. Pro quo aduerte ꝙ nō est idem confuse significare sortem ꝛ significare ipsuz cum multis aliis copulatim vel copulatiue et licet in aliqua significatione possit sic capi nichilominus tamē non sic capitur in presentiarum. certum namq; est beatum per noticiam quam habet in verbo multa distincte cognoscere. vnde dico ꝙ quando per istam noticiam homo intellectus tantum sortem apprehenderet adhuc apprehenderet eum confuse et non distincte: quia per illam noticiam nō sufficeret intellectus distinguere sortem a nō sorte taliter ꝙ ex hoc ꝙ cognosceret ꝙ aliq̄d est homo non posset inferri ꝙ illud nō est plato vel cicero sicut potest cognoscendo ꝙ aliquid est sortes nec melius declarari potest quid est significare aliquid distincte vel confuse et ex hoc patet quid dicendum est ad argumētū. Ex dictis ifero aliqua corrolaria. Primū est in casu principali cōcedendū est ly omnis ꝛ illa negatio nō synonime significare ex quo patet quomodo est dicendū ad formam argumēti principalis.

¶ Sequitur secundo extra insolubilia. Propositionem falsam subordinari mentali vltimate vere patet de ista homo est asin⁹ que subordinatur illi noticie quā habet beatus in verbo .illa namq; apprehendit hominem esse asinum eitamen dissentiendo contra primum corrolarium istorum duorum sic arguitur. Ex illo sequitur ꝙ ista vocalis homo est animal: subordinatur isti mentali non homo est animal quando illa negatio nō impeditur ab aliquo suo officio consequens est falsuz ergo et antecedens. consequentia tamen patet: quia quando impeditur ab omni suo officio preter ꝯ a distributione subiecti subordinatur et ergo ꝛ quando nō impeditur. consequentia patet: quia si non hoc esset ꝙ iaz significat quādo nullo modo impeditur aliquo modo quo antea non significabat sed hoc non tollit primum modum significandi sicut exemplificari potest de noticia quam angelus habet in verbo que quidem noticia si impediatur a significatione qua significat nullum hominem esse animal ꝛ hoza futura non impediatur non propterea desinit representare omnem hominem esse animal ꝙ representabat quando impedebatur a significatione qua significabat vel significare poterat nullum hominem esse animal: respondetur negando consequentiam: et ad probationem dico ꝙ non est simile et ratio dissimilitudinis est quia ista mentalis non homo est animal nō est nata representare omnem hominem, esse animal nisi quando impeditur a negatione copule et distributione predicati secus est de illa noticia in verbo que supponitur esse huius et illi⁹ representatiua.

¶ Queris hic. An ista vocalis omnis homo est animal subordinetur isti non homo nō est animal dico ꝙ non: quia licet ille due significent conuertibiliter non tamen synonime ad confirmationem principalis argumenti facile quid dicendum est: patet de istis duobus vltimis argumentis recte colligitur vltime particule diffinitionis itelligētia. Verū aduerte hic ꝙ vt dixim⁹ in prima questione exponibiliū declarando quid est propositio plures ad terminum equiuocū requiritur ꝙ significet mediantibus diuersis conceptibus copulatiue et nō copulatim taliter ꝙ eorum cuilibet subordinetur alias istud cōplexum homo albus in significando hoiem album equiuoce, significaret ꝙ nō est dicēdū. Quarto si arguit⁹ aliq⁹ termin⁹ sign̄t mediātibus diuersis conceptibus totalibus nō synonimis tñ nō est equiuocus: igitur diffinitio nulla: antedēs pz vno supposito, pbabili sim multos auctores sapientes noticiam vz reflexā noticie directe significare ꝙ significatur p noticiam directam capio noticiam intuitiuā sortis quem voco a et illius intuitiue noticie noticiam quam voco b. Et arguo sic, b non est terminus equoc⁹ et significat sua significata diuersis cōceptibus ꝛc. igl̄ tur maior pz: quia nō est equiuocatio in mēte vltimata ꝛ minor patet quia significat a ꝛ sortem mediantib⁹ se ꝛ a et a ꝛ b nō sunt termini sinonimi igitur minor patet quia b in significando a nō subordinatur aliqui cū naturaliter proprie mediante se significet a vnde licet a significet se naturaliter cōmuniter nō propterea debet dici b significare sua significata mediantibus conceptibus synonimis si conceptus mediātibus quibus significat non sint sinonimi sim propriam significationem sicut in casu nō sunt a et b: nam a non significat se proprie. Pro solutione notādū est ꝙ aliquis possit dicere ad argumentum ꝙ b significat a ꝛ sortem mediantese ꝛ sic nō mediātibus diuersis cōceptibus nō synonimis sed hoc nō valeret quia ex illo sequitur ꝙ nō posset eē noticia reflexa singularis sed talis noticia ē semper cōmunis ꝙ nō dicēdū⁹ est supposito igitur b significare sortem mediāte a dicetur ad argumentum negādo añs ꝛ ad probationem toto ꝙ supponis admisso nego iterum añs ꝛ ad probationem nego b nō equiuoce significare: et ad probationem nego stante illo supposito nō esse equiuocationē in mēte vltimata. Pro cui⁹

intelligentia aduerte ꝙ si hec propositio sit vera cōceptus vltimatus non equiuoce significat ideo est: quia conceptus vltimatus mediante se significat: et percō sequens non mediantibus conceptib⁹ non synonimis cum nullus conceptus sibūpi nō synonim⁹ esse possit. Et ex consequētia non erit equiuoc⁹ a negatione diffinitionis ad negationem diffiniti: ex quo sequit nō inconuenire terminū mentalem vltimatum equiuoce significare si alteri conceptui in significando subordinetur. et quia hoc sequitur ex suppositione illa data vt deductum est apparenter inter arguendum. Ideo bene negatum est in mente vltimata nō esse equiuocationē et illi suppositioni patrocinatur aliquorum opinio de locutione angelorū dicentū vnū angelum alteri loqui per hoc ꝙ manifestat ei suos conceptus: verbi gratia. Michael āgelus loquitur gabrieli hoc modo michael habens cōceptū sortis pītat illū cōceptū gabrieli: gabriel vero mediante noticia quā formar de conceptu sortis sortem cognoscit sed hanc opinionem tenendo oporteret dicere noticiā reflexā nō representare significatum noticie directe mediāte directa noticia sz mediante se cum noticia in intellectu gabrielis nō representet suū significatum mediante noticia existente in intellectu michaelis vt constat/ verū de opinione hac non curo eam namq; alibi nisi me fallat opinio apparēter impugnaui neq; eā in presentiarum adduxi nisi vt tñ michi pro suppositione auxiliaret. Ponēdo igitur nostram solutionē contra eā sic arguit: sequeretur terminum mentalem vltimatū. Ipso manente in intellectu ꝛ sue nature dimisso nō significare oē illud ꝙ antea significabat. Consequens est falsum: ergo ꝛ antecedens falsitas consequentis patet: quia sicut agens naturale passum dispositū nō impeditum semper agit similem effectū sic terminus naturaliter significans sic in intellectu ꝛ nō impediatur sed sue nature dimittatur: semp representabit idem ꝛ eodē modo. Sed cō sequentia probatur ꝛ ponatur casus ꝙ manente b in intellectu tollatur a et arguitur sic b prius significabat sortē et iā nō significat sortem: igitur consequētia bona. añs patet: quia cum sortem significaret mediante a cōceptu sequitur ꝙ ablato a nō representabit sortem: igitur respondetur distinguendo illatum consequens quia vel loqueris de significare actualiter vel aptitudinaliter si sim cōsequentia est nulla quia secluso a b significat sortem sicut terminus scriptus ad quē nullus aduertit aptitudine significat suū significatuz si primo iterum distingo vel loquendo de significato ꝙ terminus significat mediante se et sic nego. vel de significato ꝙ significat mediante alio cōceptu: et sic cōcedo nec illud est inconueniens. Cum igitur b significet sortē mediāte a ꝛ nō mediante se: sequit nō esse inconueniēs b prius significasse sortē ꝛ iā nō significare sortē. Sequit ex dictis eādem ppositionē mentalem vltimatā esse veram: et falsam necessariā ꝛ impossibilem oī impositiōe secluſa: nec hoc est inconueniēs: posset admittit⁹ equocatio in mente vltimata: ppositio paret de ista. b potest esse sortes q̄ est vera et falsa necessaria et impossibilis: q̄liter añt b significat sortē naturaliter ppie/ vel alio modo nō naturaliter propie cū nō significet mediante se in presentiarum nō est discutiēdū: quia non est pītis negociū hoc certū est: ꝙ nō significat ad placitū aliquo mō cum secusa impositione b significet sortez nec significat naturaliter communiter nec naturaliter ex instinctu nature sim diffinitiones istius termini cōmuniter assignatas: oportet ergo supplere in ista diuisione terminorum naturaliter significantium: quidā significāt naturaliter ppie: quidaz naturaliter cōiter: et quidam naturaliter ex instinctu nature vnū membrum vel melius est dividere primū dicendo ꝙ dupliciter aliquis terminus significat naturaliter proprie mediante se / vel mediante alio non est magna cura dicere sic vel sic. ¶ Sequitur textus.

Vniuoca vero dicuntur quorū nomen cōmune est. ꝛ secūdum nomē eadē substātie ratio. vt aial homo atq; bos. cōmuni enim nomine vtraq; aialia nūcupant. et est rō substantie eadē. Si quis eni assignet vtriusq; rōnē, quid vtrūq; sit quo sint aialia eādē assignabit rōnē

¶ Ꝓ quo aduerte q̃ substare accidẽte ẽ eẽ subiectũ de quo accidẽs verificaẽ vel in se recipere predicationem accidẽtis ⁊ quia vt declarauim⁹ in cõitatib⁹ predicabiliũ accidẽs per prius predicaẽ de indiuiduo substãtie quam de gñe vel specie eius. Ideo prima substãtia dicitur magis principalius substare accidẽte q̃ secũda dicit maxime: qr nichil magis substat accidente q̃ prima. Unde ly maxime non debet exponi affirmatiue cũ prima substãtia nõ substet aliquo accidẽte quo etiam nõ substet secũda vt pz ex declaratione illi⁹ termini substare accidẽte: sed expone negatiue vnde illa particula maxime sequebat ex illa particula principaliter est igitur tot⁹ diffinitionis sensus. Prima substãtia ẽ substãtia que p pri⁹ recipit p̃dicationẽ accidẽtis et maxime verũ licet iste sensus possit defensari nõ placet mihi nec videtur esse de mẽte philosophi inferi⁹ nãq; dicit primam substantiam esse magis substantiam q̃ secundam. ⁊ assignat pro ratiõe primã substãtiam magis substare: id est esse magis iferius ergo substare in ꝓposito capitur vt tantũ valet sicut esse inferius ⁊ clarius probaẽ primaꝫ substantiã magis substare q̃ scam in isto sensu q̃ in primo quia facile est videre quomodo prima substantia est inferior secũde substantie ⁊ quibuscunq; scõa substantia est inferior ex cõsequẽti ẽ magis inferior q̃ secunda substantia ⁊ non ita facile videtur accidens per prius verificari de ꝑma substantia quaꝫ de secũda. Tertio notandũ est q̃ potest esse q̃stio q̃d diffinitur in ista diffinitione prima substantia est ⁊c. ⁊ aliquoꝝ opinio consistit in sequẽtibus ꝓpositiõibus non diffiniri ibi illa res que ẽ prima substãtia. Probaẽ illa res est singularis vt socrates et plato singularia vero ab arte sunt relinquẽda auctoritate platonis a porphirio in capitulo de specie allegata igit̃ propositio vera. Secũda ꝓpositio nõ diffinitur ibi aliq̃d vniuersale qõ sit natura cõmunicabilis ipsis primis substantijs. qr tale vniuersale ẽ scõa substantia ⁊ sic diffinitũ nõ esset ꝑma substantia sed secũda substantia. Tertia ꝓpositio ẽ ibi diffinitur mod⁹ incõmunicabilis existẽtie iste aũt modus incõmunicabilis existẽtie ẽ quo socrates existit ita i cõmunicabiliter q̃ non põt cõmunicari alicui nec vt q̃ necvt quo quos modos cõmunicãdi declarauit in p̃dicabilibus. Quarta ꝓpositio ille mod⁹ in quo cõmunicabiliter existẽdi ẽ vniuersalis qr conuenit pluribꝰ ptz hec conuenit esse oĩbus indiuiduis predicamẽti substãtie cũ socrates incõmunicabiliter existat ⁊ plato incõmunicabiliter existat ⁊ sic patet q̃ sensus diffinitionis est iste mod⁹ incõmunicabiliter existentie ẽ quo prima substantia proprie ⁊ per se ⁊ maxime substantie dicitur

¶ Cõtra istã opinionẽ dicunt sic arguẽ. Uel ille mod⁹ incõmunicabilis existentie est substãtia vel accidens si substantia prima vel scõa nõ primũ: qr prima substãtia non est mod⁹ ille quo incõmunicabiliter existit iaz esn diffinitres rem simpliciter singularez q̃ euitare in tẽdis nec etiam ẽ vtru dicis secũda substantia. q̃ nõ sit accidens patet qr nõ qualitas nec quãtitas neq; aliud accidens cũ omni tali accidẽte secluso socrates incõmunicabiliter existeret. nec valet dicere q̃ nõ est substantia ad istũ sensum q̃ sit de per se in p̃dicamẽto substantie tãq̃ genus nec species vel individuũ sed ad istũ sensum q̃ ẽ mod⁹ rei predicamẽti substãtie scz prime substantie abeo scz inseparabilis simpliciter ⁊ p quãcũq; potentiaz ¶ Contra hoc sic arguit̃ ergo tam se habet sicut propria passio substãtie ẽ enim ois substãtia incõmunicabilis ⁊ sic cõuenit ossi ⁊ soli ⁊ semp propria autẽ passio nullo modo ponit̃ sic reductiue in p̃dicamento substantie q̃n ponaẽ de per se in alio predicamẽto vel detur talis ꝓpria passio ⁊ nec res igitur opz dicere talem modum esse quantitatẽ qualitatẽ vel aliq̃d aliud accidens predicamẽtale sed q̃libet tali secluso verum est dicere q̃ substantiã incõicabilis capio ly substantia ꝓsonaliter igitur ille mod⁹ incõicabilis existentie nõ ẽ ponẽd⁹ q̃d distinctum ab ipsa prima substantia forte dices vere ꝙ realiter sed nõ formaliter vel scõm rationẽ. dicereẽ esn q̃ socrates ⁊ suus mod⁹ incõicabilis existentie sunt vnum ⁊ idẽ realiter formaliter tamen vel ratione distincta et ne esse: ẽ sic dicere vel alias argumẽtũ meo iudicio euidenter concluderet. Contra hoc sic arguit̃ vel ille modus incõicabilis existentie ẽ cõceptus simpliciter simplex vel nõ: sed resolubilis in plures conceptus ⁊ si primum vel scõm des oportet concedere q̃ iste mod⁹ incõmunicabilis existẽtie quo socrates existit ꝑ aliq̃d aliud a modo incõicabili existẽtie in cõtiaꝫ incõicabilis ⁊ necesse est q̃ illud aliud sit incõmunicabile ergo posito illo alio incõicabili frustra ponit istũ modũ in forte existẽtie includi ꝑter illud incõicabile. j. videre quomodo incõicabile cõez ⁊ ẽ argumentũ istud sibi argumẽto quo in via doctoris subtilis solem⁹ pbare differẽtias eẽntiales ⁊ ꝓncipia idiuiduationis esse simplicia rñdeẽ q̃ iste mod⁹ incõicabilis existentie i socrate exñs ly sit singularis nõ tñ est incõicabilis qr tã cõicaẽ sorti tanq̃ accidẽs. est tñ incõicabilis vt q̃ qr ẽ singulare ⁊ singularizaẽ q̃ id qõ ẽ pricipiũ individuatiõis in sorte sicut qõlz aliud accidẽs in secũdo ꝓncipia doctoris sancti magistri auctoris cui⁹ opinionẽ cõtinẽt ille tres ꝓpones ⁊ ego imaginor illũ modũ dicẽdi satis subtilẽ ii bñ participiaẽ ex ꝓncipio individuatiõis ipsi⁹ socratis q̃d sit illũ ꝓncipiũ deriuaẽ iste mod⁹ in socrate nec hoc dz haberi ꝓ incõueniẽti lz sit idẽ realiter socrati magis q̃ in via doctoris subtilis dz haberi ꝓ incõueniẽti qõ propria passio deriuetur ex ꝓncipijs large capiẽdo causare vez ꝓ presupponere aliud ⁊ q̃ sit idẽ cũ natura specifica sic igit̃ principiũ individuatiõis ẽ cã illi⁹ modi icõicabilis exñtie vñ ꝓncipiuꝫ individuationis q̃ ẽm istam viam ẽ materia cum q̃ditate substantie sunt causa isti⁹ incõmunicabilis existentie videlicet vt quo et vt q̃ neq; simpliciter cõtradicit principijs doctoris sancti non omnez propriam passionem distingui realiter ab illo cuius ẽ ꝓpria passio hoc patet de passionibus bonũ verum ⁊c. que ẽm sanctum thomam in multis locis sue doctrine non realiter distinguuntur ab ente ⁊ vnuz esset dicere q̃ ad hoc q̃ ali-

ꝯ ꝓpe dicaꝝ ꝓpria passio alicuⁱ reqrit q ab eo realr distinguaꝝ. z quando velimꝰ dicere q ille modꝰ incōmunicabilis existētie realiter distinguitur a substantia singulari nō oportet cōcedere q sit quātitas vel qualitas vel aliq̄ aliud accidēs ꝓdicamētale sed alique propie passiones reducūtur ad genera suoꝝ subiectoꝝ z forte ita est de oībus proprijs passionibus ille tres ꝓpositiones videtur esse ex mēte sancti thome prima parte questione vigesima nona articulo primo in solutione ad primū z eadem parte questione trigesima articulo quarto ad secundum vnde argumētum ante factum erat multū apparens cōtra istam opinionē si poneret pcipiū iduiduatiōis accidētis aliū a pncipio indiuiduatiōis subiecti sicut doctor subtilis ponit sed nō ponit sed vnū z idēm dictū ē. Secūdo sic arguitur Ille modus incōmunicabilis exītentie est cōmunicabilis vt quo et vt q ergo nō potest facere formaliter rē cuiꝰ est modus incōmunicabilē illis duobꝰ modis esset idē ac si diceres q albedo denoīet rem cuiꝰ est nigram vel non albam dicere videlicet q modus qui est cōicabilis vt q z vt quo denominet rez cuius est modꝰ incōmunicabilem z cōfirmatur q: substantia siue prima siue secunda est incommunicabilis vt accidens: et cum ille modus incommunicabilis existentie non sit modꝰ secunde substantie alias etiā secūda substantia nec diceretur de subiecto nec esset in subiecto. Sequit q illo modo incōmunicabili existentie nō denominaꝝ prima substantia vt quo z vt quod incōmunicabilis ad primū istoꝝ dicit negando, cōsequētiam nō esse incōueniēs est q aliquod cōmunicabile denominet aliud cū incōmunicabile nā secūda intentio indiuidui denominant indiuiduū, indiuiduū esse est incōmunicabile ipsa tamē est cōmunicabilis vt cōstat. esset tamē incōuenies q ī cōmunicabile includeret in ratione sua formali tanq̄ vltimam differentiā cōmunicabile. vnde Scotus concedens pncipiuꝫ indiuiduationis includi in ratione formali sortis in quantū hui⁹ modi nunq̄ cōcederet illud pncipiū indiuiduatiōis incōmunicabile: sed non sic procedit sm istuꝫ modū realizandi quē in hoc loco prosequimur sm argumentū concludit q non illo modo ī cōmunicabili existentie ꝓuenit prime substātie nō posse esse accidēs neq̄ ex hoc sequtur aliquid cōtra doctorem sanctū q: ipse dicit in locis preallegatis q modus prime substantie ē incōicabilis existentia ꝓ qō nichil aliud vult dicere q̄ q prima substantia nec est in subiecto nec de subiecto dicit. Uñ idez est ac si diceret q est diffinitio ipsius prime substantie z illud est verum diffinitio in quā vel explicatiuū sensus diffinitionis prime substantie q̄quid tamen sit de hoc ergo aliter dico conformiter tā dictis docto ris sancti q̄ dictis doctoris subtilis ibi diffinitur prima substātia ꝓ per se significato z est sensus q prima substantia pro per significato vel secūda intētio qua sortes vel plato denominatur prima substātia fundatur in re que ꝓprie principaliter et maxime substare dicit que nec est in subiecto nec de subiecto dicitur: sed si diffiniatur prima substantia pro substracto certissime diffinitū est singulare z ad auctoritatē porphirij dicētis q de singularib⁹ nō debet tradi scientia ipe intellexit singulariter hoc est per ꝓpositiones singulares: sed bene p idiffinitas z vniuersales ego tamē malē scientiam rei in ꝑticulari q̄ in vniuersali. verū ꝓ completa intelligētia vtriusq̄ vie. Notes q secunde substātie quo ad subsistendi consequentiam sunt priores primis substātijs cū sequatur sortes est ergo homo est z nō econtra. verū tamen quo ad hoc q est substare accidētibus secūde intētionaliter indiuidus sunt prius substantie vt ex dictis pz: z sic sm aliā z aliā significationē genera z species sunt priores z posteriores substantie prima substātia. Ultimo notādum est q cōmentator exponit sic diffinitionē. i. substantie ponit in principio diuisionē dicēs z substātiarū duo sunt modi prime z secunde. i. duplex est substātia ꝑma z secunda substantia nāq̄ diſposita quod est prima z ipsa ē dicta substātia scīm veritatem z anterioritatē est singulare substantie cuius precise designat: scz q nō dicit de subiecto nec est in subiecto verbi gratia homo cui inuitur hic: z equⁿ cui inuit hic ē: q̄ sēsus cōmētatoris q ꝓia substātia ē q sm veritatē id ꝓprie z ānterioritatē. i. pncipaliter z maxime dicitur substātia de qua superi⁹ diximus in secunda diuisione q nec est in subiecto nec de subiecto dicitur sicut hic hō/ hic equus p que circūloq̄tur indiuidua substātie obscuri⁹ profecto est ei⁹ cōmētuꝫ littera philosophi z cōmētabile per illā ex quo nec realis magis q̄ nominalis sensus trahi ꝑt. Sequit cō sequēter secūdarum substātiarum diffinitio illud nāq̄ in quib⁹ dicit q ipse sunt substātie secunde sunt species in quib⁹ inueniūtur singularia sm modū similitudinis inuētionis partis in toto z genera ſpecierum etiā. i. secunde substātie sunt de quib⁹ verū est dicere q sunt genera z species sub quib⁹ cōtinetur prima substātia tanq̄ pars subiectiua verbi gratia quia sortes cui inuitur q est in specie eius scz in hoīe z homo in genere q ē animal: ergo sortes cui inuitur est substātia prima z homo predicatū de ipso z aīal ambo sunt substātia secūda declarat hic cōmentator quomodo prima substātia cōtinetur sub genere z arguit sic. cōtinetur sub specie spēs sub genere: ergo cōtinetur sub genere z sic pz q sortes est ꝑma substātia hō z aīal scde substantie sed neq̄ istō ꝑmētū vni vie magis q̄ alteri seruire ꝑt. Sequit text⁹.

¶ Manifestum est autem ex his que dicta sunt quoniam eorum que de subiecto dicuntur, necesse est z nomen z rationem de subiecto predicari. vt hominis de subiecto aliquo homīe predicatur z ratio z nomen. Quidam enim homor homo est z animal rationale mortale quare et nomen z ratio predicabit de subiecto. Eorum vero que in subiecto sunt in plurimis quidē neq̄ nomē de subiecto neq̄ ratio predicabit. In aliquibus autem nomen quidez nichil prohibet predicare aliquando de subiecto. rationem vero impossibile est. vt albū cum in subiecto sit corpore, predicatur de subiecto. Dicit ei corpꝰ albuz. rō vero albi nūq̄ de corpore predicabit

¶ Aūt ex his q̄ dicta sūt z. posit z diffinitiōib⁹ secūde hē ex ꝑme phūs ponit ꝓclones duas in ꝑma dicit. manifestū est aūt ex his q̄ dicta sunt qm eoꝝ q̄ de subō dicunt necesse ē et nomē z rōnē de subō ꝑdicari id est ex his pz q̄ q̄ aliq̄d ꝑdicaꝝ eēntialr q̄ditatiue z directe de aliq̄ talis ꝑdicati diffinitio q̄ditatiua si eā hēat verificaꝝ de tali subiecto vt hō de subiecto aliquo hoīe et ratio z nomē ꝑdicabit. i. sicut si ly hō/ q̄ditatiue dicte predicatur de forte diffinitio hominis verificabit de forte quidā em homo z hō est z aīal rationale z mortale quare nomen z subiecti ratio de subiecto predicabitur. i. quia sortes non solū est homo verumetiam animal rationale mortale z sic patet veritas cōclusionis. Notādum est q aliquis posſit querere ex quo dicto superius seqtur ista cōclusio philosophi ad q̄ dicitur q ex illa regula prima ante predicamētali in qua dictuꝫ est quando alterum de altero predicatur cuius sensus fuit iste quādo aliquod predicatum predicatur de aliquo essentialiter quiditatiue z directe omnia que de illo, predicato quiditatiue z directe sine essentialiter directe predicantur etiam de illo subiecto z quia diffinitio quiditatiua includit genus z differētiam quorum vtrumq̄ de specie predicatur essentialiter z directe sequitur totam diffinitionē predicari directe z essentialiter de forte z sic patet veritas cōclusionis z bene ostēdit commētator hanc esse mentem philosophi q̄ sic ait z manifestum est ex eo q̄ dictū est in prohemio huiⁿ libri scilicet loco supra allegato q̄ eorum que dicūtur de subiecto z sunt substātie secunde iam opus est necessario nomina z diffinitionē ꝑdicari de illo subiecto. post ea sequitur exemplū huius in littera eius sed q̄ris q̄d est predicari secundū nomen de aliquo dico q nichil aliud q̄ verificari de illo vnde ly homo predicatur secūdum nomen de quocunq̄ verificatur. Secūdo notandum est q exꝓesse meo iudicio colligitur ex dicto cōmentatoris q diffinitione quiditatiua non possunt diffiniri accidentia alias frustra z sine proposito ipse posuisset in cōmento suo illam particulam z sunt secunde substantie. z cum nō sit dabilis ratio quare accidēs nō sit diffinibile diffinitione quiditatiua nisi quia est indiuisibile in partes essentiales sequitur simili ratione solam substantiam cōpositam ex materia z forma, esse diffinibilem diffinitione q̄ditatiua que est vera sententia nominaliū: vnde eis multū patrocinatur cōmentator in isto passu. Sed queris licet conclusio philosophi sit vera videtur omnino absq̄ ꝓposito in isto loco posita respondetur q non est sine ꝓposito sed philosoph⁹ vult ostendere quomodo se habent illa de quibus dictū in secunda diuisione ante predicamētali respectu prime substātie z dicit q illa que predicātur essentialiter qui ditatiue de aliquo si fuerint secūde substātie predicantur etiam secūdum diffinitionem z qz secunde substantie essentialiter quiditatiue predicātur de ꝑmis sequitur q earum diffinitio etiam predicatur de prima substantia: ex quo patet q semper subintellecta est illa particula si diffinitionē habeat qz multe sunt secunde substantie diffinitionē non habētes videlicet ille q̄ supponunt ꝓ re indiuisibili ex quo patet commentatorem quando dicit z sunt secūde substātie intellexisse de substantijs secundis supponētibus ꝓ re habenti partes essentiales z exꝓsitio data isti textui philosophi hoc dempto q̄ de diffinitione quiditatiua dictū est realiuꝫ pncipijs est satis cōformis. Consequenter ponit secundam cōclusionem dicēs eoruꝫ que in subiecto sunt in plurimis quidem neq̄ nomē de subiecto neq̄ ratio predicatur. id est terminorū qui accidentaliter ꝑdicantur aliqui nec sm nomen nec sm rationem predicātur de prima substātia in aliquibus aut nomē quidam nichil prohibet ꝑdicari aliquā do de subiecto ratione vero impossibile est. i. sed aliqui tales termini secundum nomen predicātur de prima substantia sed secundum diffinitionem eorū impossibile est q predicentur de eo vt album cum in subiecto sit corpore predicabitur de subiecto, dicitur enim corpus albū ratio vero albi nunq̄ predicabitur de corpore. i. album verificatur de corpore hec enim est vera corpus est albū cū albedo quasi y album cognotat insit corpori nichilominus tamen albi diffinitio nullo modo verificatur de corpore. Notandum est primo pro intelligētia istius textus q aliquis potest facere argumētum probādo textum philosophi falsum quia termini qui accidētaliter predicantur secūdum nomen predicātur de prima substantia sicut isti termini albū nigrū z ceteris accidentaliter predicatis ergo male dicit philosophus aliquos tales in plurimis nec sm nomen nec sm rationez predicari de prima substātia respōdetur dupliciter. Primo q mēs philosophi est q termini qui accidētaliter predicātur sunt in duplici differētia quidam cognotant res distinctas a suis significatis materialibus sicut isti termini album nigrū z. alij vero nō philosophus nō loquitur de secundis sed loquitur de primis z vult dicere tales terminos quibus cōuenit accidētaliter predicari non verificari de prima substātia in abstracto bene tamen in concreto vnde cōceditur ista possibilis sortes est albus z ista ꝑpossibilis sortes est albedo: z q̄ ista sit mens philosophi patet alias cōtradictio esset in dictis eius nam si loquatur de istis terminis cōcretis albū nigruꝫ et similibus certum est illos ꝑdicari de prima substantia/ quomodo ergo dicit postea tales terminos non verificari de prima substātia. Oportet igitur q intelligatur eo modo sicut diximus. verificatur quidem in concreto sed nō in abstracto z sic nō verificātur omni modo de prima substātia z ꝓterea dicit philosophus vt in plurimis nō verificātur de prima substātia z hoc posuit philosophus ad differētiam aliorum terminorum qui non solum in cōcreto sed etiam in abstracto predicantur accidētaliter de prima substātia/ sicut sunt termini predicamēti quantitatis nō tenēdo quātitatem a re quanta distinctam similiter termini predicamenti ad aliquid predicantur in concreto z abstracto de prima substantia sicut isti termini pater paternitas cum sint termini synonimi. Secūdo dicitur q philosophus quando dicit eoꝝ que sunt in subiecto aliquat in plurimis non predicātur de subiecto capit ibi subiectum pro prima substātia z est sensus q nō omnis terminus qui accidētaliter predicatur/predicatur de prima substantia nam vt dictum est tractādo de denominatiuis aliqui termini accidētaliter predicantur de aliquibus terminis supponētibus pro accidētibus suppositō q iste termin⁹ albedo significet albedinem de materiali cognotando q sit apta nata inherere subiecto vel denominare ipsum albū certum est q ista est accidētalis hoc est albedo per diffinitionē predicationis accidētalis z tamen ly albedo nullo modo potest predicari de prima substantia z iste sensus videtur michi magis de mente philosophi quia si loqueretur de terminis concretis cognotātibus accidēs videbatur aliqua cōtradictio esse licet in primo sensu saluata est. Secūdo notandum est q quando philosophus dicit q ratio albi non predicatur de subiecto capit rationem pro diffinitione vt dictum est/ z ratio, dicti philosophi duplex est. Prima est quia albū nullo modo habet diffinitionem quiditatiuam qz nullus terminus qui accidentaliter predicatur potest q̄ditatiue diffiniri qz genus diffiniti quiditatiue predicatur de eo z differentia essentialiter non quiditatiue directe tanq̄ in ꝑdicatione directa q non potest esse in termino extrinsece cognotante qz in tali ꝓpositione semper accidētaliter cognotans z extrinsece predicatur z non terminus intrinsece cognotās Similiꝫ diffinitio est notificatiua z exꝓsitiua dis-

finiti vt per ipsum significatur ⁊ non esset in proposito hec enim diffinitio animal rationale nō notificat naturam hominis eo modo quo significatur per ly risibile ⁊ sic non est diffinitio de ly risibile licet sit secum cōuertibilis. Alio modo potest intelligi ⁊ melꝰ ⁊ subtilꝰ q̄ diffinitio albi videlicet descriptiua non eodem modo verificatur de prima substātia sicut diffinitio quiditatiua termini q̄ verificatur de prima substātia nā quandiu genus diffiniti q̄ est pars diffinitionis quiditatiue verificatur de substātia residuū diffinitionis etiā veri ficatur verum non sic est de diffinitione descriptiua de ly album hec namq; est diffinitio quiditatiua animal rationale huiꝰ termini homo ⁊ quādiu ly animal veri ficatur de forte verificatur etiā ly rationale cū sit inferius in supponēdo scilicet ly fortes ad ly rationāle. hoc autem non sic est de diffinitione huiꝰ termini album ly album namq; sic diffinitur albū est coloratū disgregatiuum visus ⁊ certū est q̄ stat fortez esse coloratū ⁊ non esse disgregatiuum visus puta quādo est coloratus co lore non albedine ex hȳs infertur philosophum fuisse locutum de terminis qui accidēraliter predicātur pre dicatione accidētis ⁊ nō proprij potest dici. Tertio in cludendo omnes terminos qui accidentaliter p̄dican tur q̄ sensus philosophi est licet album predicetur de prima substantia diffinitio albi non predicatur de pri ma substantia vt diffinitio prime substantie ⁊ hoc non solum quia nō est secum cōuertibilis verum qz non no tificat naturam prime substantie vt significatur p primam substantiā certum enim est hanc oratiōnem colo ratum disgregatiuū visus non notificare naturam so tis vt significatur per istum terminum fortes: secus est de ista diffinitione animal rationale verificatur enim de prima substātia vt diffinitio nō quia secum conuer tibilis sed quia notificat quiditatē fortis eo modo quo significatur per ly fortes. Tertio notādum q̄ secūdum principia realiū textus iste est sic intelligendus. Pote supponendū est res significatas per terminos pricipa lius subiici ⁊ predicari q̄ ipſi termini. tunc dico q̄ acci dentia que sunt in subiecto per inhesionem vt in pluri mis non predicātur de subiecto. i. in abstracto non pre dicatur de subiecto cui insit hec enī est falsa fortes est albedo licet albedo sit in forte talia tamen accidentia in concreto bene predicātur de subiecto cui insunt vt constat supposito q̄ insint in gradu sufficienti ad deno minandum totū alias nō oporteret ⁊ semper secludi mus ampliationē ad quinq; hoc autē q̄ dicit philoso phus q̄ ratio albi non p̄dicatur de subiecto. Eodē mo do sicut dictū est in expositione nominali dicē in ppo sito hoc dempto q̄ scdm expositionē nominaliū quan do dicitur q̄ ratio albi nō verificatur de subiecto ly al bi capitur materialiter pro isto termino albus ⁊ secun dum expositiones realem capitur significatiue addita ista particula inquātum huiusmodi vt sit sensus q̄ dif finitio albi inquantū huiusmodi nō verificatur de sub iecto abstinuiꝰ ab argumentis cōtra diffinitionē pri me ⁊ secunde substantie quia diffinitio prime substātie oportet q̄ impugneꝰ per argumēta facta contra diui sionem terminorum in cōmunem ⁊ singularem ⁊ diffi nitio secunde substātie per argumenta facta in predi cabilibus contra diffinitionem essentialem quiditatiuam. cōmentatoꝛ vero in cōmento istius textus sic ait que vero dicūtur in subiecto ⁊ sunt accidētia secūdum plurimum nō predicantur de subiecto cui nō innuitur nomen nec diffinitio verbi gr̄a albedo ipsa namq; non predicatur de corpore vt dicatur corpꝰ est albedo nec diffinitio eius vt dicatur q̄ corpꝰ est coloꝛ disgregans

visum qui quidē sermo eque bene potest exponi secun dum vnam viā sicut secundum aliā modicum tamen in eius principiū videtur deseruire vie realium in hoc q̄ dicit que dicūtur in subiecto ⁊ sunt accidētia vbi cū esse in subiecto sit idem q̄ predicari accidētaliter ⁊ ha bet postea ⁊ sunt accidentia videtur velle dicere q̄ ac cidentia accidentaliter predicantur sed ad hoc dicat nominalis q̄ ly accidentia capiuntur in littera eius se cunde intētionaliter ⁊ exponat primā particulam ita q̄ est sensus terminiq accidentaliter predicātur ⁊ sunt accidentia. i. sicut termini predicamentorū accidenti um ꝛc. In vltima vero particula cōmenti dicit albuꝫ predicari de corpore diffinitionē vero albi nō predica ri de corpore ex parte qua mōstrat substantiam eius in quo quidem sermone innuit secūdum sensum quem su perius posuimus videlicet q̄ diffinitio albi non predi cetur de forte vt diffinitio eius. Contra diffinitionem prime substantie sic arguitur prima substātia est in sub iecto ergo diffinitio prime substantie nulla antecedēs probatur de anima rationali que est in subiecto. Fortē dices anima rationalis non est p̄ma substantia quia pars essentialis ⁊ sic secluditur per vnam particulam diffinitionis vt patuit per eī expositionem. Secūdo dicitur q̄ non est in subiecto sicut accidens q̄ accidēs non facit vnum cum subiecto: cui inest. anima vero ra tionalis facit vnū cum subiecto cui inest Arguitur sic. Exponatur diffinitio secunde intentionaliter ⁊ pba tur intentū sic assumatur fortes per diuinam potestaꝫ a verbo diuino ⁊ sequitur q̄ ista est vera hoc est fortes demonstrando verbū sicut ista chriſtꝰ est homo ⁊ cū ly fortes sit prima substātia ⁊ ista sit accidentalis hoc est fortes sequitur intētum. Dices forte q̄ si ly fortes veri ficatur de verbo in casu illo oportet q̄ capiatur cogno tatiue videlicet de materiali significato significet ver bum ⁊ de formali cognotet hāc humanitatē ⁊ secūduꝫ hanc significationē non est prima substantia q̄ prima substantia est terminꝰ absolutus. Cōtra hoc sic arguitur. Dabilis est aliquis cōceptus quo absolute cogno scitur fortes ⁊ etiam sub ratione albi videlicet conce ptus quo beatus res videt in verbo diuino vt patet ex dictis in capitulo primo: tūc sic arguitur ille coceptus est prima substantia ⁊ ille conceptus accidētaliter pre dicatur de forte igitur intentū. antecedēs patet ex ca su respondetur vt in argumento dictum est vsq; ad vl timam replicā ad quam dicitur concessa maioꝛe distin guendo minoꝛē vel secundū significationem secūdam quam est prima substantia ⁊ si negatur vel secūdam a liam ⁊ sic cōceditur: modo diffinitio intelligitur sic pri mam substantiā non verificari de aliquo accidētaliter secundum significationem secūdū quam est prima sub stantia. Contra hoc sic arguitur. Ille cōceptus nō ha bet nisi vnā significationem: ergo solutio nulla. antece dens patet: ille cōceptus non habet nisi vnicā significa tionem cū naturaliter proprie tantū mediante se et non mediante alio significet. alꝫ quilibet conceptus plura significans diceretur habere plures significatio nes qꝫ non est dicēdum tunc enim diceretur q̄ iste con ceptus homo secundū vnam significat fortem ⁊ secun dum aliam platonem q̄ non est verum. Pro solutione notandum q̄ quando aliquis terminꝰ mentalis signi ficat aliquid taliter q̄ sufficit ad hoc q̄ sit synonimus cum aliquo termino precise significante illud ⁊ cū hoc significat aliquid aliud taliter q̄ sufficit ad hoc q̄ sit synonimus cum altero termino precise significat illud talis terminus dicitur habere plures significationes eo q̄ est synonimus cum multis terminis non synoni

mis licet non significat nisi naturaliter proprie ille au tem cōceptus taliter significat fortē q̄ sufficit ad hoc q̄ sit synonimꝰ cum isto termino fortes ⁊ sic significat album q̄ sufficit ad hoc q̄ sit synonimꝰ cum isto termi no album vt patet ex dictis in vltimo capitulo prece dentis tractatus. verū iste terminꝰ homo nō sic signifi cat fortem vt illa significatio sufficiat ad hoc q̄ sit sy nonimus cū isto termino fortes qō sic patet naz ille in cuius intellectu est iste conceptus homo ⁊ nullꝰ alius vltimatus licet audiat istā propositionē fortes est fortes: certū est q̄ non apprehendet significatuz eius quia non apprehendet extremorum significatū igitur nō est terminus secū synonimus ⁊ nō potest intelligibiliꝰ de clarari q̄ ly homo cōfuse ⁊ non distincte fortē significat licet sit declaratio a posteriori ⁊ per cōsequēs iste con ceptus homo nō habet plures significationes bene ta men conceptꝰ de quo formabatur argumētū. Secūdo sic arguitur. Prima substantia dicitur de subiecto: er go diffinitio nulla clara est cōsequētia: antecedēs pro batur supponamꝰ opinionē Gregorij que probabilis multum est ⁊ forte vera in primo sententiarū distictio ne tertia q̄stione prima ⁊ in 2do sententiarū in multis locis q̄ noticia abstractiua fortis est intuitiua speciei sit illa noticia abstractiua/a/ⁿ arguitur sic. Illa notti cia est prima substātia ⁊ dicitur de subiecto: ergo p̄ma substātia dicit̄ de subiecto Maioꝛ probat̄: iste terminꝰ fortes in voce vel in scripto est p̄ma substātia ⁊ iste ter minus fortes subordinatur a/ergo ille conceptus a est prima substātia: consequētia patet supponim⁹ istū ter minum fortes secundū significationē propriā non esse equiuocū. minoꝛ probat̄ quia cū a sit terminꝰ absolutꝰ predicabit̄ essentialiter q̄ditatiue de pnomine demon strante fortem ⁊ de pnomine demōstrāte speciē fortis igitur intētum. istud argumentū non potest solui nisi se cundum solutionē precedētis dicendo q̄ habet plu res significationes ⁊ ēm vnam est synonimꝰ cū ly for tes ⁊ ēm aliā est intuitiua noticia speciei fortis. Dicet forte aliqꝫ q̄ gregorius loco p̄allegato videtur dice re ⁊ representare speciē fortis sub ratione ymaginis et sic cognotatiue nō absolute eā representabit. Respōde tur q̄ ideo Gregoriꝰ ponit illā propositionē qz illa no ticia est sufficiēs ad causandū iudiciū q̄ illa species est ymago seu species fortis ⁊ nō quia cognotat illam spe ciem esse ymaginem. Secūdo quādo ita esset stat argu mētum cōtra aliam partē diffinitionis videlicet q̄ pri ma substātia est in subiecto qz est prima substātia ⁊ pre dicatur accidētaliter de illa specie. Ideo stādum est in solutione data. Cōtra hoc sic arguitur. Non potest ali quis cōceptus representare aliqua diuisiue non repre sentādo omnia inter q̄ est tāta conuenientia essentialis sicut inter illa q̄ significat vel maioꝛ sed sic est q̄ inter sortem ⁊ ceteros homines est maioꝛ cōuenientia essen tialis q̄ inter sortem ⁊ illam speciem igitur nullꝰ con ceptus precise representabit illā speciē ⁊ sortem. patet maioꝛ ex dictis in p̄dicabilibus ⁊ minoꝛ est menifesta. Respondetur dupliciter. Uno modo q̄ maioꝛ est vera quando talis cōceptus abstrahitur a cōuenientia essen tiali reperta inter sua significata alias nō modo. a/con ceptus nō est abstractus a conuenientia essentiali inter sortem ⁊ speciem eiꝰ vt facile videtur illa abstractione cognita quā in primo postertorū capitulo primo dubio penultimo declarauim⁹ Secūdo dicit̄ distinguēdo ad huc maiorem vel immediate trāseat vel vnū immedia te ⁊ aliud mediāte alio ⁊ sic nego modo a cōceptꝰ non representat sortē ⁊ speciē eque immediate sed speciem immediate ⁊ sortem mediāte specie. Cōtra hoc sic ar-

guitur. Sicut diuersorum generum ⁊ non subalterna tim positorum sint diuersa genera ⁊ diuerse differētie vt patet per secūdam regulā ante predicamentalē ita sunt diuersa individua. individuū namq; non contine tur sub genere nisi mediāte specie cui immediate est in ferius sed si a significauerit vt dicis poneretur in pre dicamento substātie ⁊ in p̄dicamento accidētis ⁊ sunt genera non subalternatim posita: igitur solutio nulla respondetur ad istud argumentū eo modo sicut ad pre cedens regulā philosophi intelligitur secūdum aliam significationem ⁊ bene patet ex eius declaratione op positum nō probat argumētum verū quoddam argu mentum factum a applicatur bene cōtra viam realium nam fortes est prima substantia ⁊ potest accidētaliter predicari: nam si assumatur a verbo cū ista sit acciden talis verbum est fortes capiēdo ly fortes cognotatiue et res ⁊ non termini predicentur. Sequitur q̄ prima substantia accidentaliter predicatur sed ad argumen tum dico breuiter non insistēdo qualiter casus debet intelligi secūdum principia sancti thome vel doctoris subtilis q̄ in illo casu fortes nō est prima substātia sed desinit esse prima substantia sicut desinit esse suppositum. Sed replicatur. Omnis substantia est prima vel secunda sed fortes est substantia ergo prima vel secun da sed non est secunda vt constat ergo est prima possit dici ad argumētum q̄ membra diuisionis in primam et secundam important aptitudinem si hoc non placet dicas q̄ non predicatur accidētaliter sicut accidēs sci licet ratione inhesionis subiecti ⁊ ille modꝰ predican di accidētaliter excluditur a prima substātia per eius diffinitionem.

¶ Sequitur tertus.

¶ Alia vero omnia .ut de subiectis di cuntur principalibus substātijs.aut in eis sunt.Hoc autem manifestum est ex his que per singula proponentur. vt a nimal de homine predicatur.ergo ⁊ de quodam homine animal predicatur. Nam si de nullo aliquorum hominum diceretur.nec omnino de homine pre dicaretur. Rursus color in corpore est ergo ⁊ in aliquo corpore. Nā si nō in a liquo esset corporū singulorū.nec om nino esset in corpore. Quare alia omnia aut de subiectis principalibus dicun tur substātijs.aut in subiect s eis sūt. Non ergo existētibus primis substan tijs impossibile est esse aliquid aliorū. Omnia enī alia aut predicantur de eis aut in subiectis eis sunt.

¶ Hic philosophus ponit aliā conclusionem ⁊ dicit. Alia vero omnia de subiectis dicuntur principalibus substantijs. i. omnes termini predicamēti substantie et predicamentorum accidētium in recta linea ponibili um dempta p̄ma substantia quiditatiue vel accidenta liter predicātur de p̄mis substantijs. ¶ Et sequitur pro batio hoc autē manifestum est ex hȳs que per singula probabitur. i. hoc inductiue patet vt animal de homi

ne predicatur ergo de aliquo homine animal predicatur. nam si de nullo aliquorū hominum diceretur nec̄ omnino de ipso p̄dicaretur. Si ꝓponit philosophus q̄ species specialissima p̄dicatur q̄dditative z vere de prima substātia z probat idē de genere q̄ genus vere p̄dicatur de p̄ma substātia q̄ ex hoc q̄ species predicatur quidditative de prima substātia z genus quidditative de specie. Sequitur gen⁹ quidditative p̄dicari de p̄ma substantia per primā regulam predicamentalem. ꝑbat igitur q̄ vere p̄dicatur animal de prima substātia si vere predicatur de specie q̄ si nō predicatur de aliqua prima substantia nec p̄dicabitur de specie illi⁹ prime substantie. Sequitur enim sortes non est animal et plato non est animal/z sic de singulis: ergo null⁹ homo est animal per assensum. ꝑbat⁹: igitur q̄ genera z species predicamenti substātie predicātur de primis substantijs vere z quidditative (q̄ intelligēdum est supponentibus primis substātijs) vadit ad probandum terminos predicamentorum accidētium predicari accidētaliter de prima substātia z vere suppositio q̄ accidētaliter et vere predicētur de secunda substātia. Et arguitur sic. Rursus color in corpore est ergo z in aliquo corpore: nam si non in aliquo singulorū est nec omnino in corpore. i. colorati predicatur vere de ly corpus ergo de prima substātia inferiori ad ly corp⁹ consequētia probatur alias nō verificaretur de ly corpus q̄ facile per assensum deduci potest z sequitur in littera quare omnia alia aut de subiectis dicūtur principalib⁹ substantijs aut in subiectis eisdē sunt. i. z sic oēs terminos predicamenti substantie p̄ter primas substātias predicantur de his vere z quidditative z accidentaliter. Notandum est q̄ non est intelligēda ista cōclusio philosophi vniuersaliter sine aliqua limitatione iste termin⁹ albedo z ceteri significātes in abstracto accidētia nō verificantur de prima substantia sed debet intelligi secundum se si fuerint cōcreta vel secundum sua concreta si fuerint abstracta. Scdo notandū est q̄ huius text⁹ expositio secundū principia realiū est facilis sententia est secundas substātias verificari de primis z accidentia inherere primis substantijs cūm non sint sine subiecto et ex consequēti de eis accidētaliter p̄dicari. Et nota philosophum latēter repreh̄endere platonē ponentem ideas. dicit enim aristoteles impossibile esse aliq̄d veri ficari de homine quin verificet de aliquo particulari homine z ex cōsequēti est impossibile esse hominē quin sit sortes vel plato, z̄c. sed dices videt pozphyri⁹ in communitatibus predicabiliū philosopho cōtrarius dicit enim sic destructis singulis animalib⁹ remanet ratio animalis z eodē modo destructis singulis hominibus remanet ratio hois ergo potent aīal de hoīe verificari licet nō verificetur de sorte vel platone vel aliquo individuo hois ℟espondetur q̄ sentētia pozphyrij est si prima substātia non supponat in ꝓpositione de p̄senti cuius copula nō absolvitur a tēpore nō sequtur q̄ diffinitio animalis vel hois nō supponit in ꝓpositionibus in quibus verbū absolvitur a tēpore. philosoph⁹ vero in presenti loqtur ceteris paribus videlicet si aīal nō verificatur de aliquo individuo hois non verificabit de homine ceteris omnino paribus ita q̄ si animal vere negetur de sorte z platone z sic de singulis z individuis hominis vere negabit de homine dūmodo copule propositionū vniformiter teneātur taliter q̄ si in vna absolvantur a tēpore z in alia z si nō absolvat in vna nec in altera quomodo nō locut⁹ est pozphyri⁹ vt diximus et facile est hanc solutionē applicare ad viā realiū ponendo verificari vbi dixim⁹ supponere ꝟbi gr̄a si a sorte nec aliquo individuo hois verificet de aliquo aīali nec animal verificabit de hoīe ceteris paribus ex parte copularū intellige. Ultimo notandū est q̄ iste textus philosophi insequendo principia nostra aliū potest aliter exponi q̄ sit expositus vt per oīa alia a primis substantijs intelligam⁹ terminos absolutos nichil cognotantes siue pro substātia siue pro accidēte supponant z q̄ ly dici de subiectis principalibus substātijs z ly in subiectis principaliter teneātur materialiter z tūc est sensus de omni termino absoluto dēpta prima substantia verificatur hoc cōplexū dici de p̄ma substātia vel esse in prima substātia tanq̄ accidēs in subiecto. sed q̄ non est mod⁹ apud philosophū in isto libro capere illa complexa hoc modo dicas sic de omni tali termino verum est dicere q̄ quidditative p̄dicat de prima vel supponit pro re vel significat rem existētem tanq̄ accidēs in prima substātia capiēdo primam substātiam prime intentionaliter z iste sensus nō videtur alien⁹ a mēte philosophi immo magis q̄ precedēs: ille namq̄ sensus iam supertus in scda diuisione antep̄dicamētali posit⁹ fuerat. consequēter philosoph⁹ ex dictis infert vnū correlarium dicēs non igit̄ existentib⁹ primis substātijs impossibile est esse aliq̄d aliorū scilicet scdārū substantiarum vel accidentiū. Sequitur ꝑbatio oīa enim de subiectis eius dicūtur aut in subiectis ei⁹ sunt. i. q̄z secūde substantie dicūt de eis vel sunt de eis. Pro cui⁹ correlarij intelligētia Notandū est q̄ dupliciter potest corelarium intelligi. Uno modo sic q̄ si hoc verbū existere negef de primis substantijs etiā negabitur de secundis substātijs z de alijs terminis supponētib⁹ pro antecedentibus vel cognotātib⁹ accidētia. hoc patet q̄z bene sequit̄ sortes nō existit nec plato z sic de singulis in diuiduis p̄dicamētis substātie ergo null⁹ homo null⁹ asin⁹ nullū aīal: z sic de alijs scdis substātijs existit ꝑsequentia tenet p ascēsum equualēter. Alius sensus est q̄ si nullū individuū predicamēti substantie supponat nullus alius termin⁹ ponibilis in aliquo predicamēto supponit prim⁹ sensus debet intelligi secundū q̄ philosophus loquitur naturaliter enī accidēs nō potest esse sine subiecto. Secūdus sensus debet intelligi dummodo suppositionis defect⁹ non eueniat ex hoc q̄ termini ponātur cū addito eoꝝ suppositionē impediēte/et sensus corelarij: tam fim reales q̄m fim noīales potest esse sic nec sortes nec plato: z sic de silibus substantijs existit nec homo nec aīal nec asinus nec albū nec albedo existit. ℣ Prima cōsequntia tenet per accessum: z scda patet q̄z albedo nō potest nisi in subiecta substātia esse: et si albedo nō est neq̄ albū est. termin⁹ enim cognotatiuus deficiēte sua cognotatione de nullo verificatur z iste secund⁹ sensus est satis ex mēte cōmētatoris. dicit enī sic omne q̄ est p̄ter p̄ma que sunt singularia aut est ex eo q̄ d̄ de subiecto aut q̄ est in subiecto z illō est manifestū per inductionē. i. si homo asinus vel aīal sit/necesse est q̄ prima substantia sit homo asinus vel animal z̄c. et si accidēs sit oportet q̄ sit in prima substātia tanq̄m in subiecto z hoc patet per inductionem ipsa indigere subiecto ꝟbi gr̄a q̄z animal vere predicat̄ de homine oportet vere ipsuz dici de hoīe quodd̄ cui innuitur quia nisi verificetur de aliquo singularium hominum non verificaretur p̄dicatio eius de homine q̄ est species z sic̄ species coloris verificaret̄ predicatio in corpore propter inuentionē ei⁹ in corpore aliquo cui innuitur. i. hoc patet per inductionē: nec reperitur instātia: nam cum animal p̄dicatur de hoīe oportet q̄ predicetur de inferioribus aliter arguēdo per ascensum ꝑbaretur q̄ non verificaretur de hoīe sic̄ accidētia cum sint

vel predicantur de corpore oportet q̄ sint vel p̄dicentur de primis substātijs alias nec̄ esset in corpore nec verificarentur de eo ex quo patet q̄ si prima substātia non est nec secunda nec accidēs est q̄ potest exponi no minaliter vt antedictū est vel vtriq̄ vie cōformiter capiendo propositionē de actu signato pro propositione de actu exercito vt sit sensus si nec sortes nec plato nec aliquod individuū substātie est nec est homo nec̄ asinus nec albedo nec nigredo z̄c. Ultimo infert corelarium philosophi dicens z post̄ illud est ita si nō inueniatur substātia prima nō est via ad inuentionē de substantijs secundis nec̄ accidētalibus q̄b exponēdū est sicut corelariū realiter vel nominaliter quia vtriq̄ vie expositio quadrat.

¶ Sequitur textus.

¶ Secundarum vero substantiarum. magis substantia est species q̄m genus. propinquior enim est prime substātie. Si quis enim assignet primā substantiam quid sit euidentius z conuenientius assignabit. speciem proferens q̄m genus vt hominem quendam assignando. manifestius assignabit hominem proferens q̄m animal. Illud quidē prius magis alicuius hominis. hoc autem communius. et cum aliquam arborem assignaueris manifestius assignabis assignādo arborē q̄m plātā.

¶ In ista pte philosoph⁹ cōparat secūdas substātias ad inuicē. Primo gen⁹ ad species secundas specialissimas. Secundo species specialissimas inter se ponit. primo istaz propositionē inter scdas substātias species est magis substantia q̄m genus: z arguit sic. Illud q̄d est ppinquior maxime substātie est magis substātia q̄m illud q̄d est remotius: sed spicies est ppinquior prime substātie q̄ est maxime substātia q̄m genus: igitur cōclusio vera. maiorem propositionē reliquit philosoph⁹ sine probatione quia videtur satis nota. potest tamē sic persuaderi videtur magis illuminatū q̄d maxime luminoso ppiqui⁹ est z id reperitur pfectius inter essentias creatas que deo entiū perfectissimo ppinqui⁹ est ergo a sili in ppositio ppinqui⁹ maxime substātie magis est substātia. minorem ꝑbat philosoph⁹ in littera quā solū posuerat dicit enim sic scdārū vero substantiarū magis substantia est species q̄m gen⁹ ecce cōclusionē z toti⁹ rationis adducte minorē tantū ponit dicēs, ppinquior enī est prime substātie hanc sic ꝑbat si enī quis assignat primaz substantiā quid est euidēti⁹ quidē z conuenientius assignabit speciē proferens q̄m genus z quēdā hominē assignando manifesti⁹ z cōuenienti⁹ assignabit hominem q̄m animal in qua ꝑbatione hāc intēdit rationem illud est ppinqui⁹ prime substātie per q̄d conuenientius z euidentius respōdetur ad questionem factā de prima substantia in q̄d vel quo euidētius, qui svolens manifestare quid est prima substātia manifestat z explicat verū querenti q̄d est prima substātia cōueniētius respondetur per speciē q̄m per gen⁹ z si debet assignari q̄d est prima substātia euidenti⁹ fiet per speciē q̄m per genus vt si velis manifestare q̄d est sortes cōueniēti⁹ fiet hec manifestatio dicēdo q̄ homo q̄m dicēdo q̄ est aīal igit̄ maior videtur nota z minor probatur a philosopho: illud enim proprii⁹ alicui homini est hoc autē cōmuni⁹. i. q̄z species nō ita confuse significat primā substantiā sicut genus ergo cōueniētius ostēditur q̄d est prima substātia per speciem q̄m per gen⁹. addit philosoph⁹ vnū aliud exemplū cum aliquā arborē redideris manifesti⁹ assignabis cū arborē assignaueris q̄m plantā. i. sicut si aliquis vellet manifestare q̄d est a/vel b arbor cōueniētius manifestabit dicendo q̄ est arbor q̄m dicendo q̄ est planta. Pro isti⁹ cōclusionis z ei⁹ ꝑbatione maior est intelligentia. Notandū est q̄ hic philosoph⁹ capit substantiam secūde intētionaliter z nō prime q̄z substantia prime intētionaliter non predicatur cū istis aduerbijs magis z min⁹ vt inferi⁹ philosoph⁹ dicit in quadā pro prietate ipsius substātie verū. Aduerte q̄ substātia secunde intētionaliter multis modis capitur. Uno modo pro termino habēte modū significādi predicamēti substātie nec in ista significatione substātia suscipit magis nec min⁹ nō enim iste terminus sortes/nec iste terminus homo magis vel min⁹ significāt substātiā absolute q̄m iste termin⁹ aīal nec̄ ista oratio significare substantiam absolute potest p̄dicari cū istis aduerbijs magis z min⁹. Alio modo accipit pro termino significante substantiā absolute z discrete vel non significatione que sufficit ad gen⁹ generalissimū z in ista significatione prima substātia dicit̄ marime substantia q̄z discrete significat null⁹ terminus potest discreti⁹ q̄m terminus discretus significare z in ista significatione species est magis substantia q̄m genus q̄z minus cōmuniter representat q̄m suum gen⁹ z quia termini de p̄dicamēto substantie sic se habent q̄ alic̄ min⁹ cōmuniter aliqui magis representāt: ideo de talib⁹ potest substātia in ista significatione dicta cū istis aduerbijs magis z minus predicari vt magis substantia dicatur terminus: q̄ minus communiter representat z minus q̄ cōmunius representat. ex quo patet q̄ in ista significatione etiā vnū genus subalternatū est magis substātia q̄m aliud z genus generalissimū non diceret substantia q̄z cōmunissime substantiā representat. Tertio modo accipit substantia secunde intentionaliter p̄ termino quidditatiue inferiori alteri termino in p̄dicamēto substātie z in vtraq̄ significatione verum habet cōclusio philosophi et ad probandum illam in prima significatione adducta est prima ratio: hoc est ad ꝑbandū illā in penultima significatione secūde intētionaliter capiēdo terminū et ad probandum illā in hac vltima acceptione adducit secundam rationē. Secundo notandū est q̄ tunc conueni entius respondetur ad questionē factam de aliquo quando data responsione paucioza restāt querēda vel q̄si nichil restat quia tūc cōplete satis fit questioni sic̄r tunc conuenientius euidētius alicuius assignatur notificatio quādo notificatiōe assignata paucioza restāt assignanda ad completam notificationem notificāde rei verbi causa. Si queratur q̄d est sortes non est ita conueniēs responsio. si dicatur q̄ est substantia: sicut si dicatur q̄ est animal: quia si dicat̄ q̄ est substantia multo plura restant interrogāda ad complerā solutionem questionis q̄m si dicatur q̄ est animal. Nam si dicatur q̄ est substantia restat scire an corporea vel incorporea an viua vel non viua animata vel inanimata: quorū nullum restat querēdum. si dicatur q̄ est animal similiter conuenientius respōdetur si dicatur q̄ est homo quam si dicatur q̄ est animal q̄z dicto q̄ est animal restat scire adhuc q̄ animal est homo vel asinus z̄c. que quidē questio nō habet locum. si dicatur q̄ est homo. ergo conuenientius respōdetur ad questionē factā de prima sub-

stantia per speciem quam per genus ⁊ hoc ideo q⁹ minus communiter species ꝯ genera significant ex quo tamen non sequitur q⁹ cōuenientius reſpōderetur per primam substantiā quam per speciē quia idem seipsuz notificare non pōt nec diffinire. Ex hijs patet penes quid debet attendi maior propinquitas speciei ad primam substātiam ꝯ generis ad eandē penes hoc videlicet q⁹ mod⁹ significādi speciei magis accedat admodum significādi prime ꝯ modus significandi generis cum species min⁹ cōmuniter significet ꝯ genus. Tertio notandū est q⁹ insequendo pricipia realium adhuc non debem⁹ dicere q⁹ in ista cōclusione substātia caperetur prime intētionaliter videlicet vt est gen⁹ generalissimū quia certū est in illa significatiōe nichil esse magis substātia nec min⁹ substātia cū substātia non suscipiat magis nec minus. Ideo aduerte q⁹ iste terminus substantia pter illā significatiōnē habet alias significationes. Accipit enī vno modo pro natura nō cōmunicabili vt generalissimū vel re simpliciter singulari.
Alio modo pro re pro se existēte alteri inferiori ꝺditatiue ⁊ in vtraq; istarū significationū capitur cōclusio.
Sed prima ꝓbatio philosophi ꝓbat cōclusionē in secunda ⁊ scōa in prima. Cōstat enim q⁹ prima substātia cum sit singularis est maxime substātia in illa significatione prima ⁊ q⁹ species est min⁹ cōmunicabilis ꝯ genus quia pauciorib⁹ ideo ꝓpinquior est prime substantie. ex quo patet penes ꝺd attendi ⁊ talis ꝓpinquitas attēditur etiā penes hoc q⁹ est esse cōmunibile pauciorib⁹ hoc ideo quia prima substātia est simpliciter incommunicabilis per indifferētiā. Secūdo patet quomodo necesse est secūdū pricipia realiū vti ista distinctione. ſ. iste termin⁹ substātia accipit dupliciter. Pri me intentionaliter ⁊ scōe sicut nōiales vtuntur. verum discrimen est q⁹ scōe intentionaliter capiēdo ipsum secundū nominales semper accipitur pro termino scōm vero reales pro re ad extra.

¶ Sequitur textus.

¶ Amplius. Principales substantie dicūtur ideo quod aliis omnibus subiacent. ⁊ omnia alia vel de ipsis predicātur vel in ipsis sūt. Idcirco maxime substantie dicuntur. Quemadmodum autem pricipales substantie ad alia omnia se habent. sic ⁊ species ad genus se habent. Subiacet enim species generi. Genera enim de speciebus predicantur. species autē de generibus non conuertūtur. Quare ⁊ ex his species genere magis substantia est.

tus ꝛ statio: et sessio positiones quedam. Positio vero
ad aliquid est. Idē etiam hec sunt ad aliquid statio ac-
cubitus ꝛ positio ꝛ iacere autē: vel stare: vel sedere: ipa
qđem positiones nō sunt: denominatiue vero ab his q̄
dicūtur positiones noīantur: id est hec tamen verba ia
cere stare ꝛ sedere nō sunt eiusdem predicamenti cū po
sitione licet denoīatiue dicātur ꝑ appositionib⁹ sicut se-
dere a sessione stare a statione ꝛ sic patet littere exposi-
tio, pro cuius ampliozi intelligentia. Notandu⁹ est pri
mo q̄ isti termini relatio ad aliquid et relativum dupli
citer capi possunt prime intentionaliter ꝛ secunde. Si
prime intentionaliter capiuntur tūc significant aliq̄d
de materiali significato conotando q̄ habeat habitudi
nem ad se vel ad aliū habere autē habitudinē ad se vel
ad aliū cōsistit in hoc q̄ sit idem ſ̄ibi vel alteri seu diuer
sum, alteri⁹ productū ꝓducibile ꝓductiuū vel ꝓducēs
pater vel filī⁹ simile vel dissimile remotū vel ꝓpinquu⁹
ꝛ inumeris alīs modis ꝛ ꝓpter hoc dixim⁹ in predica-
bilib⁹ relationes esse transcēdens verificāt nāq̄ in ista
significatione de oīb⁹ nihil em̄ est quin ad se vel ad aliū
sin̄ dicta significatiōe habitudinē habeat ꝛ in ista signi-
ficatione illozū terminoꝝ quilibet genus gñalissimum
istius predicamenti est sunt enim illi tres termini syno
nimi. Si vero scōe intētionaliter cāpiātur significant
de materiali significato terminus conotando q̄ habe-
ant modū significandi predicamēti ad aliq̄d: mod⁹ aūt
significādi istī⁹ predicamēti haud nimis facile declara
ri pōt: dico tamē illū significādi modū esse significare
de formali significato habitudinē ad se vel ad aliū hoc
est conotare rem ꝑ qua termin⁹ natus ē ſupponere ali-
quo mō se habere respectu sui vel alteri⁹: iste autē mo-
dus se habendi respectu sui vel alteri⁹ cōsistit in hoc qđ
est hꝫ habitudinē respectu sui vel alteri⁹. ex quo patet
istis termis pater filī⁹ simile dissimile ꝛc. ad aliq̄d seu
relatiōes esse secūde intētionaliter conuenit nāq̄ his
huius predicamēti modus significandi vt ex dictis pa
tet sequitur etiā idem esse ad aliquid prime et secunde
intētionaliter patet de illismet terminis. Seq̄tur etiā
quicquid est ad aliquid scōe intentionaliter esse ad ali
quid prime intētionaliter sed nō conuertitur. Primū
patet cum ad aliquid prime intētionaliter sit transcē
dens. secundū constat cū non oīa sint termini: ꝛ tantu⁹
termini scōe intentionaliter sint relatiōes. Sequitur
etiam diffinitionem philosophi posse intelligi prime ꝛ
secunde intētionaliter: si igitur primo modo capiatur
sensus est ad aliquid seu relatio est res ad se vel ad ali-
ud habens habitudinem: si secūdo modo capiatur sen-
sus ad aliquid seu relatio est terminus conotans habi-
tudinem alicuius ad se vel ad alterum et vterq̄ sensus
quadrat cum littera philosophi. Secundo notandum
est q̄ referri ad alterum sub habitudine obliqui casus
non adeo proprie rebus sicut terminis cōuenire potest
capiī igit scōe intētionalr ꝛ idēē vnū ēminū ada lterū
referri quod secum ad conuertētias dici q̄ est ex propo
sitione secunde adiacētis in qua subiicitur talis termi-
nus vel tertū adiacētis in qua subiicitur vel predicatur
respectu transcendentis sequi propositionem vnam in
qua propositioni assumpte additur terminus obliquus
propositioni inquā assumpte vel alteri in qua loco vni⁹
extremi prime relatiuum idētitatis ponitur: verbi gra
tia. Si sic arguatur si aliquid est pater illud alicuius fi
lī est pater: ꝛ si aliquid est filius illī⁹ alicuius patris est
filius et propterea iste termin⁹ pater referri dicitur ad
istum terminum filius ꝛ econtra. ex quo patet q̄ idem
est dicere aliquos terminos ad ſeinuicem referri ꝛ ha-
bere modū significandi predicamenti ad aliquid. Ter
tio notandum est q̄ aliquis posset facere argumentum
cōtra ista que dicta sunt volēdo ꝓbare terminos pre
dicamenti qualitatis relationes esse: nam album cono
tat habitudinem scilz inherentiam albedinis ad subie
ctum ratione cuius album ad ly albedo refertur si ali-
quid: namq̄ album est albedine album est: igitur. Ado
dus significandi predicamenti ad aliquid coīcidit cuꝫ
mō significandi predicamenti qualitatis. cōsequentia
patet: quia albū habet modū significandi predicamen
ti ad aliquid. Dices forte Oportet ad terminū habere
modū significandi predicamenti ad aliquid requiritur
nō solum q̄ significet dictam habitudinē: sed cum hoc
requiritur q̄ non conoteret rem distinctaꝫ a suo significa
to materiali q̄ nō est verum de ly album vt constat hoc
nichil valet quia pater et filius sunt termini habentes
modum significandi predicamenti ad aliquid et cono-
tant res distinctas a rebus pro quib⁹ supponunt ly em̄
pater filiuꝫ conotat ꝛ pro patre supponit et econtra de
ly filius ideo dicitur q̄ duplex est habitudo quedam est
sufficiens ad hoc qđ aliquis terminus referatur ad ali
um ꝛ non econtra: alia est que ad vtrūq̄ sufficit ad ter-
minum esse predicamenti ad aliquid requiritur signifi
care secundam habitudinem: et non sufficit significare
primam ex hoc patet album non habere modum signi-
ficandi predicamenti ad aliquid verum enim est si ali-
quid est album albedine est albuꝫ: sed non si aliquid est
albedo aliquid est albū ꝛ si dicas ita est naturaliter hoc
nichil facit ad propositum satis est q̄ nature albedinis
absq̄ subiecto esse non repugnet ex his igitur patet ad
argumētum. Quarto notandū est pro intelligentia dif
finitionis em̄ viam realium preter illa que in predicabi
libus questione prima diximus q̄ relatio est habitudo
inter duo extrema ꝛ est talis nature ꝛ conditionis q̄ si
ne illis extremis esse non potest nec sine alia habitudi-
ne que in vno illozum extremozum fundatur et in ali-
ud terminatur sicut est paternitas que ad suum esse re-
quirit patrem et filium fundatur in patre ꝛ terminatur
in filium: requirit etiam in filio aliam relationem que
filiatio dicitur taliter q̄ paternitati inquantum huiusꝫ
modi repugnat non sic se habere: hoc autem nulli rei
absolute conuenit q̄ deo non conuenit certum est q̄ nō
conueniat creaturis patet quia licet homo non posset
esse sine deo conseruante: nichilominus hoc non repu-
gnat homīs nature similiter nulla erit res absoluta ad
cuius esse necessario requiratur subiecto inherere et q̄
alia res eiusdem generis secum alteri subiecto insit: in
presentiarum autem et si diffinitio potest applicari ad
relationem rationis tātum loqui intendimus de rela-
tione reali. visa declaratione diffinitiōis sīm reales est
notādum. q̄ quādo philosophus dicit disciplinam ꝛc.
esse in predicamēto relationis capit illos terminos nō
pro rebus pro quib⁹ supponunt sed pro rebus quas co
notāt et certum est illos terminos de formali significa
to importare respectū an sit rationis vel realis ille re-
spectus in ꝑdicamēto qualitatis videbitur q̄ ita ce-
perit philosophus patet: qꝫ certum est disciplinaꝫ ꝛ ha
bitum esse qualitates ꝛ nō relationes verum sīm nomi
nales oportet dicere terminos illos capi materialiter
ꝛ cum respectū conotent in predicamēto relatiōis po-
nuntur de ceteris autē exemplis nō curandu⁹ est quia
eozū nō requiritur veritas positio nāq̄ ꝛ sessio ad aliō
pertinent predicamētum fortassis in ydiomate in quo
philosophus scripsit illi termini habebant modum ſ-
gnificandi predicamēti relationis. Et aduerte nō esse
incōueniens aliquem terminū esse in vno predicamen
to ꝛ verbū ab eo denominatiue dictū in alio frigefactī-
uum ꝛ calefactiuum sunt in predicamento relationis ꝛ
frigefacere in predicamēto actionis ꝛ forte in ydioma
te philosophi: isti termini sessio statio habeant modum
significādi divnius predicati: ꝛ ista verba iacere stare ha-
bebant modum significandi alterius predicamēti. Ex
his ꝑz quis est intellectus vltime particule textus ia-
cere ꝛ stare nō sunt positiones sed denominatiue dicun
tur appositione: id est licet iacere ꝛ stare sunt verba ap-
positionibus denominatiue dicta nō tamē sunt eiusdē
predicamenti cum positione tāetsi hec sit tollerabilis
expositio aliter forte est dicēdu⁹ Aristoteles in ista dif
finitione diffiniuit ad aliquid vt includit omnem mo-
dum significandi habitudinem: ex quo patet quodlibꝫ
genus sex predicamentoꝝ vltimoꝝ esse ad aliquid ꝛ ex
consequēti quō posito: statio ꝛ huiusmodi sunt relatio
nes: tamen vltima particula textus exponēda est vt di
rimus. vnde pro maiore intelligentia debes notare q̄
in isto predicamento tantu⁹ ponūtur relationes intrin
secus aduenientes siue capias relationē intrinsecus ad
uenientem sīm reales vel nominales quas acceptiōes
declarau⁹ in prima questione predicabilium in sex vlti
mis predicamētis vt ibi etiam diximus ponūtur rela-
tiones extrinsecus aduenientes ex his igitur patet sīm
principia vtriusq̄ vie diffinitionis ad aliquid intelligē
tia forte contra ea que diximus argues: si est vnus ter-
minus superior ad omnes terminos istius predicamē-
ti ꝛ sex vltimoꝝ non oportebat ponere pro illis septem
nisi vnum predicamentum ad hoc dicetur in fine istius
tractatus tractando de sufficientia predicamentozum

¶ Sequitur textus.

¶ Inest aūt cōtrarietas i relatione vt virtus vicio cōtrarium cum sit vtrūqz horum ad aliquid est. ꝛ scientia inscientie nō autem oīmbus relatiuis iest contrarietas duplici eīm nichil est cōtrariū neqz triplici neqz vlli talium.

¶ In hac parte prosequitur philus proprietates relationis ꝛ dicit: inest autez contrarietas in relatione: idē relatiuis cōuenit esse contraria vt virtus vicio ꝛ scientia ignorantie cōtrariatur ꝛ cum vtrumq̄ istozū sit ad aliquid sequitur veritas ꝓprietatis verūtamen nō cō-
uenit hoc omnibus relatiuis quia duplum ꝛ triplum q̄
relatiua sunt cōtrariū non habent. Notandum est pri-
mo ꝓpro maiori intelligentia textus q̄ ista est proprie
tas nō in aliqua acceptione illaꝫ quartuoꝝ quas ꝓpor
phirius ponit in predicabilibus capitulo de ꝓprio cuꝫ
nō conueniat omnibus nec solis relatiuis sed ē quedā
cōuenientia ipsoruꝫ relatinoꝝ. Et aduertendū est pro
hoc vt patet ex dictis q̄ contraria prime intentionalit
sunt qualitates in eodez subiecto icompossibiles. scōe
vero intentionaliter sunt termini tales qualitetes co-
notantes vel proeis supponentes. Ratione cuiꝰ termi
ni illi de eodē simul ꝛ semel verificari nō possunt. si igit
in presentiarū ly contraria capiatur prime intentiona
liter sensus est q̄ relatiuis inest cōtrarietas id est termi
ni relatiui supponūt pro rebus cōtrarijs vt ptz de istis
terminis virtus ꝛ vicium que sunt relatiui ꝛ supponūt
pro rebus cōtrarijs si vero capiatur secūde intentiona-
liter sensus est q̄ termini relatiui nō possunt de eodem
verificari simul ꝛ semel de aliquibus verum est vt dixi-
mus ꝛ in exemplo patet. philosophi ꝛ phūs capit igno
rantiaꝫ pro ignoratia praue dispositionis que est erroꝝ
quā constat scientie repugnare: q̄ aūt duplum et triplū
nō cōtrariētur in ista significatione patet quia id est du
plum ꝛ triplum respectu diuersoꝝ: igitur nullo mo-
do contrariātur. Secūdo notādum q̄ ex textu philoso
phi posset colligi q̄ nullus ꝛ idē habitus successiue po
test esse vicium ꝛ virtus cuius oppositum sentit Sco-
tus in decima septima distinctione primi ꝛ multi noīa
les quid ad hoc diceretur sīm Scotū dicetur postea in
expositione reali. nominales vero qui tenēt illam opi-
nionem dicerent q̄ phūs cepit terminum secūde inten
tionaliter videlz pro terminis conotātibus qualitates
incōpossibiles vel habitudines incompossibiles i hoc
sensu virtus ꝛ viciū bene cōtrariantur conotāt nam q̄
illi termini incōpossibiles habitudines et similiter suꝫ
cōcreta. Ex his potest colligi argumentuꝫ cōtra illos
qui dicūt eūdem esse premissarum ꝛ cōclusionum habi
tum nam vt deduximus in primo posteriozuꝫ tractatu
vltimo ex illo sequitur eūdem habitum esse scientiaꝫ ꝛ
errorem cuius oppositum colligitur ex philosopho. dis
ces forte q̄ tāetsi idē habitus sciētia sit ꝛ error hoc re-
spectu diuersoꝝ est ꝛ nō respectu eiusdē obiecti hoc
nichil est dicere hoc nāq̄ nō sufficit ad cōtrarietatem
de qua phūs loquitur quia tūc duplum ꝛ triplum bene
contrariarentur respectu nāq̄ eiusdez nichil est duplū
ꝛ triplum: dices forte nō requiritur exemplorum veri-
tas satis est aliquibus alīs relatiuis hāc proprietateꝫ
conuenire. Cōtra nulla alia sunt vt cōstat quia non pa
ter ꝛ filius nō simile ꝛ dissimile ꝛ sic discurrēdo per ce-
tera relatiua: dices forte q̄ licet idem habitus sit sciē-
tia ꝛ error, datur tamē aliqua sciētia que nō potest esse
error illa videlicet que tātum est cōclusionis habitus ꝛ
similiter dabitur aliquis habitus qui est error et scien-
tia esse nō potest vt facile est inuenire hoc non tollit qđ
idem habitus sit vicium et virtus videtur igitur luci-
de hoc dictum philosophi nō stare cum illa positione.
Tertio notādum est q̄ exponendo istum textum secun
dum reales nō ꝺz capi iste terminus cōtraria pro qua-
litatibus cōtrarijs vt sit proprietatis sensus relatiōes
fundari in qualitatibus cōtrarijs quia hoc etiam cōue
nit duplo ꝛ triplo vna namq̄ cōtraria quantitas alteri
potest esse tripla vel dupla sed debet capi cōtraria pro
quibuscūq̄ rebus vel accidentib⁹ nō potentibus simul
ꝛ semel vel successiue eidem inherere et siue successiue
possint siue nō: nō est curādum ꝛ hoc modo due relatio
nes ſ̄e ꝥrient relatiōes nāq̄ ipoztate de formali signi

ficato ꝙ hos termios ſit⁹ ꝛ viciſſ ꝗs ꝺꝺē termios philo
ſophus cepit nō pro rebus pro quibus ſupponūt ſed ꝙ
relationibus quas de formali ſignificato important et
verū eſt talia formalia ſignificata eſſe relationes q̄ qui
dem relationes cum ſint reſpectus rationis cōſtat phi
loſophum ſuperi⁹ diffiniſſe relationem in cōmuni tam
relationem realem q̄ rationis. Alias eius ꝓprietas nō
haberet verum vel nō cōueniret relationi diffinite. rela
tiones nāq; reales incōpoſſibiles minime reperiūtur
quas phūs ponit.

¶ Sequitur textus.

¶ Videntur autem magis ꝛ minus re
latiua ſuſcipere Simile eñ magis ꝛ mi
nus dicitur. ꝛ inequale magis ꝛ minus
dicitur cum vtrumq; ſit relatiuum. Si
mile eñ alicui ſiſe dicitur ꝛ inequale ali
cui inequale dicitur. Nō aūt oīa ſuſci
piūt magis ꝛ minus. ꝺuplex etem nō di
citur magis ꝛ minus ꝺupleꝝ nec aliqꝺ
talium.

¶ In hac parte philoſophus ponit ſecūdam ꝓprie
tatem ad aliquid que talis eſt. Videtur autem magis
ꝛ minus relatiua ſuſcipere ideſt videtur ꝛ ita eſt relati
ua ſuſcipere magis ꝛ minus: ſimile eñ magis ꝛ minus
ſuſcipit. Similiter ꝛ diſſimilez cum vtrūq; ſit relatiū
ſequitur veritas ꝓprietatis ſimiliter ꝛ equale inequa
le magis ꝛ minus ſuſcipiunt. verum hec ꝓprietas nō
oībus conuenit relatiuis: nā ꝺuplum et triplum ſunt
relatiua magis ꝛ minus minime ſuſcipiūt. Notandū
eſt primo vt patz ex multis antedictis ſuſcipere magis
ꝛ minus ꝓprie intētionaliter eſt eſſe intēſibile ꝛ remiſ
ſibile ꝛ hoc tātum cōuenit qualitati ſecūde vero inten
tionaliter eſt cum iſtis aduerbijs magis ꝛ minus predi
cari: ꝛ tunc ꝓprietatis ſensus ē ꝙ aliqui termini de pre
dicamento relationis predicantur cum iſtis aduerbijs
magis ꝛ minus aliquid namq; dicitur magis ꝛ minus
ſimile ſimiliter magis ꝛ minus equale vel inequale ve
rum nō conuenit oībus relatiuis quia nichil eſt magis
ꝛ minus pater nec magis ꝛ minus ꝺuplū vel triplus q̄
aliud ꝛ hec eſt noīalis expoſitio ꝓ pro expoſitione reali
aduerte ꝙ non ſic intelligitur textus philoſophi q̄ rela
tiones ſint intenſibiles ꝛ remiſſibiles quia in relationi
bus nō reperiūtur gradus: ſed intelligitur ſic ꝙ ipſe re
lationes predicātur cum iſtis aduerbijs magis ꝛ min⁹
hoc aūt non concederent nominales cum nō admittāt
res ſed tātum terminos predicari vſi aliquando cōtin
git relationes ꝛ terminos relatiuos predicari cuz iſtis
aduerbijs magis et minus ratiōe additionis aliquādo
ratione diminutionis rei de qua verificātur vel alteri⁹
verbi gratia: ſint /a/ ꝛ /b/ albedines equales ī gradu in
tendatur /a/ ꝛ nō /b/ a fiet diſſimilis /b/ in gradu intēda
tur poſtea .b. vſq; ad gradum a ꝛ fiet ſimilis. Si iterū
diminuaf fiet diſſimilis aduerte tamē ꝙ ipſe relatiōes
in abſtracto nō predicantur cū iſtis aduerbijs magis ꝛ
minus: ſed bene in concreto. ſecūduz p̄s ex dictis ꝛ pri
mum oſtēditur: q̄ nichil eſt magis ſimilitudo q̄ aliud
alis ſimilitudo haberet grad⁹. Ex quo patz ꝙ ſi aliquid
dicitur magis ſimile hoc nō eſt: q̄ eius ſimilitudo plu
res habeat gradus vel magis fiat intenſa ſed quia eius
fundamētum ſcilz ſimilitudinis plures vel pauciores
habet gradus vel tot in cōparatione ad terminum ſimi
tudinis nominales tamen concederent nō ſolum in cō
creto ſed etiā in abſtracto ꝉmios relatiuos p̄dicari cū
iſtis aduerbijs magis ꝛ min⁹: ſiſe nāq; ſimilitudo ꝉmini
ſunt ſynonimi. Tertio notāduz eſt: nō eſſe vez equale ſu
ſcipere magis ꝛ min⁹ equalitas nāq; in idiuiſibili cōſi
ſtit ſi aliqua ei equalia ſunt ꝙ quācūq; additione vel di
minutione vni⁹ inequalia fiūt nichilomin⁹ tamē inequa
le magis ꝛ min⁹ ſuſcipit: videl eñ ſempedale magis ī
equale bipedali q̄ pedale ꝛ ꝓpterea phūs dixit in ſra ī
equale magis ꝛ min⁹ ſuſcipere ꝛ ſubticuti equale expo
ſitionē vero q̄ iſti ꝓprietati ſim principia realiū dedim⁹
ex littera phī trahere poſſum⁹ q̄ dicit relatiua ſim ma
gis ꝛ minus dicuntur. Sequitur textus.

¶ Omnia autem relatiua ad conuertē
tiam dicūtur. vt ſeruus domini ſeruus
dicitur. ꝛ dominus ſerui dominus dici
tur. ꝛ duplū dimidij duplū. et dimidiuz
dupli dimidiū. ꝛ maius minoze maius
min⁹ ꝛ maioze min⁹. Similiter aūt ꝛ in
alijs. Sed caſu aliquotiens differt ſe
cundū locutionē. vt diſciplina diſcipli
nati diſciplina dicit. ꝛ diſciplinatū diſci
plina diſciplinatū. ꝛ ſenſus ſenſati ſen
ſus ꝛ ſenſatū ſenſu ſenſatū. At vero ali
quotiens nō videbit cōuerti niſi conue
nienter ad quod dicit aſſigneꝝ. Si enim
peccet is q̄ aſſignat vt ala ſi aſſigneꝝ a
uis ſi ꝙuerſit vt ſi auis ale. Neq; ei
i eo ꝙ auis ē ala auis dicit ſz i eo quod
alata eſt. Multorum enim ꝛ aliorum ale
ſunt q̄ nō ſunt aues. Quare ſi aſſigneꝝ
cōuenienter conuertitur vt ala alati ala
eſt. ꝛ alatuz ala alatum. aliquotiens au
forte ꝛ nomina fingere neceſſe erit ſi nō
fuerit nomen impoſitū ad quod conue
nienter aſſignetur. vt remus i ali igne
tur nauis nō erit aſſignatio cōueniens.
Neq; eñ in eo ꝙ nauis eſt in eo ei⁹ rem⁹
dicit. Sunt eñ naues quarū remi non
ſunt/ quare nō conuertitur. nauis enim
non dicitur remi nauis. Sed forte con
uenientior aſſignatio erit ſi ſic quodā
modo aſſignetur. Remus remite rei re
mus eſt. aut quomodo aliter ſit dictum
nomen enim nō eſt poſitum. Conueꝝ i
tur aūt ſi ꝙuenienter aſſignetur. Remi
tum eñ remo remitū eſt. ſimiliter aūt ꝛ
in alijs vt caput cōuenientius aſſigna
bitur capitati q̄z ſi animalis aſſignetur

neq; eñ i eo quod eſt alal caput habet.
Multa alialia ſūt capita nō habentia ſic
aūt forte aſſe facilⁱ ſumit q̄bⁱ nomen nō
eſt poſitum ſi ab his que ꝓria ſunt. ꝛ ab
his ad que cōuertit noīa ponutur. vt in
his que predicta ſunt ab alia alatuz a re
more mitum.

¶ Conſequēter phūs ponit ſecāz ꝓprietatem rela
tiuorū dicens. Omnia aūt relatiua ad cōuertentiaz di
cūtur: id eſt tertia ꝓprietas relatiuoꝝ eſt relatiua ad cō
uertentiam dici ꝛ ponit exēplū dicens vt ſeruus ꝛ dōis
ad cōuertētiam dicūtur nā ſi aliquid eſt ſeruus dōi ali
quid eſt dōis ſerui et ſi aliquid eſt duplum dimidij ali
quid eſt dimidiū dupli. verūtamen nō ſemper dicuntur
ad cōuertētiam ſub eodem obliquo: quia diſciplina et
diſciplinatū relatiua ſunt ꝛ tamen nō dicūtur ad cōuer
tentiam ſub eodem caſu obliquo. ſic eñ adinuicē refe
runtur ſi diſciplina eſt diſciplinati eſt diſciplina ꝛ ſi diſ
ciplinatū eſt diſciplina eſt diſciplinati. Aliud exēplum
ſatis patēs ponit phūs. Notandū eſt ꝙ dici ad cōuer
tentiam idem eſt ꝙ adinuicem referri quid aūt ſit rela
tiua adinuicem referri ſupra declaratū ē ſim principia
vtriuſq; vie: ideo nō opus eſt plixiore expoſitione. Sz
aduerte ꝙ ex iſto textu nō inapaꝛēter pōt trahi philo
ſophum loqui de terminis: quia ſola nomina videntur
variari per caſus verumtamen reales haud difficulter
ad hoc dicerent. Primo ꝙ res ad extra et ſi ēm ſe non
debeant dici alterius ꝛ alterius caſus nichilomin⁹ tā
men ſim ꝙ concipiūtur vel ſignificātur per conceptus
ſeu terminos diuerſorum caſuum poſſet dici per caſus
variari dicitur ſecūdo ꝙ ſenſus littere phī eſt relatiua
dici ad cōuertētiam: ſed aliquādo cōuertentia explia
cantur per obliquū vnius caſus aliquādo per obliquū
alterius ꝛ qualitercūq; dicatur nō procedit argumen
tum verū eſt poſitio noīalis magis videtur cum littera
phī quadrare ſed ꝓtra litterā philoſophi qualitercūq;
exponaf alique poſſunt fieri inſtātie ꝛ phūs ponit vnā
que talis eſt ꝛ dicit at vero aliquotiens nō videtur cō
uerti niſi cōuenienter ad quod dicitur cōmune aſſigne
tur: id eſt videf ꝙ aliquod relatiū nō dicatur ad con
uertētiam cū obliquo cuius eſt determinabile. hoc eſt
verū ſi talis obliqui in debita fiat aſſignatio ſic eñ poſ
ſet hic qui aſſignat vt ala ſi aſſignetur auis nō conuer
titur vt ſit auis ale id eſt ſicut ſi iſti relatiuo ala adūga
tur ꝓ determinatione auis ſic dicēdo ala eſt auis ala
nō bona fiet aſſignatio neq; cū illo relatiuū dicerur ad
conuertētiam: q̄ non oportet ꝙ ſi ala eſt ꝙ auis ſit ala
cum ſint multe ale que nō ſunt auis: vt patet de alis pi
ſcium multoruq; ſerpētū. ſimiliter nō oportet ꝙ ſi auis
ſit ꝙ alis ſit auis ꝙ ſit ala auis ponendo ly ala in ablā
tiuo ꝛ hoc eſt ꝙ dicit phūs in littera vſq; ad illam par
ticulam quare ſi ſic aſſignetur cōuenienter ꝛ cōuertef
vt ala alati ala et alatū ala ſeu ale alatū cuius ſenſus ē
ſi iſti relatiuo ala adiūgatur iſte obliquus alativt dicē
do ala eſt alati ala bene dicetur cū illo ad conuertētiaz
cum etiam alatū ala ſit alatum et ſequitur in littera ali
quotiens aūt forte ꝛ nomina fingere neceſſe erit. id eſt
aliquādo tamen neceſſe eſt fingere nomen cū quo rela
tiuum dicatur ad cōuertētiam ſi nō fuerit nomen poſi
tum ad ꝙ cōuenienter aſſignent ideſt quando nō eſt no
men impoſitum cum quo relatiuū ad conuertētiam di
catur nā tunc ſi ejadiungatur aliquis obliquus non fiet
debita aſſignatio termini cum quo ad conuertentiā di
citur vt remus nauis ſi aſſignetur non erit conueniens
aſſignatio: id eſt vt ſi iſti relatiuo remus aliquis adiun
geret ly nauis in obliquo: dicendo remus eſt nauis re
mus non aſſignaret terminum cum quo remus ad con
uertentiaz dicitur: neq; enim in eo ꝙ eſt nauis in eo ei⁹
remus dicitur: ideſt quia non oportet ſi nauis eſt ꝙ ali
quis ſit remus eius ſunt autem naues quarum nō ſunt
remi: id eſt non habentes remos quare nō conuertitur
nauis. non enim dicit remi nauis ideſt ex quo patet re
mus ꝛ nauis non dici ad conuertentiam videlicet vt ſe
quatur ſi remus eſt nauis ſit remus ꝛ ſi nauis eſt alicu
ius remi eſt nauis. ſecūda enim conſequentia non valet
Cōſequenter dicit philoſophus ſi velim⁹ aſſignare ter
minus cū quo ille terminus remus dicatur ad conuer
tentiam capiemus iſtum terminum remitum: nā ſi re
mus eſt remiti remus eſt ꝛ econtra. ſimiliter ſi velimus
aſſignare terminum cum quo ly caput ad conuertētiā
dicitur nō aſſignabimus ly animal. multa namq; ani
malia capitibus ſunt carentia: ſed aſſignabimus ly ca
putatum ſic enim forte aſſe facilius ſumetur quibus non
eſt nomen poſitum ideſt ꝛ modo dicto facile eſt nomen
fingere cum quo relatiuum ad conuertētiam dicatur:
ſed ab his que ꝓprima ſunt et ab his que conuertuntur
nomina apponantur: ideſt conuenienter fit talis nomi
nis fictio quando tale nomen conuenītiam habet cū
relatiuo vt in his que dicta ſunt patet vt ab ala alatuz
ꝛ a remo remitum hec eſt vt ſi aſſignetur alatum tanq̄
terminus cum quo alia ad conuertentiam dicitur ꝛ re
mitum cum quo remus ſimiliter ad conuertentiam di
citur bona ꝛ conueniens erit aſſignatio. Notanduz eſt
ꝙ etiam ex iſto textu poteſt nō inapparenter colligi id
qō in precedenti tetigimus: videlicet philoſophum de
nominibus loqui nomina namq; tantum ꝛ non res fin
gimus verum ad hoc diceretur facile inſequendo rea
lem poſitionem philoſophū intendere nos fingere no
mina ſub quibus relatiua ad conuertentiam dicantur
ꝛ aduertendum eſt ꝙ nō ſemper terminus cum quo ad
conuertētiam relatiuum dicitur eſt aliius terminus ab
eo: ſed eſt idez terminus ſub alio caſu verbi gratia ſimi
le referf ad ſimile: nā ſi ſiſe ē ſimilis ſiſe ē ſimiliter equa
le ꝛ inequale ſibijpſis referūtur et debes notare philo
ſophum nō intendere negare quin poſſet vere aſſigna
ri relatiuū reſpectu alicuius cum quo ad conuertentiā
nō dicatur vt ex dictis ꝓz: nā ſi caput eſt alicuius ani
malis caput eſt: ſed intendit dicere ꝙ ſi econuerſo non
ſequatur non fiet aſſignatio termini cum quo relatiuum
ad conuertētiam dicatur ꝛ eſſe certum ex dictis cōſtat
Secūdo notandum eſt difficile eſſe relatiuis omnibus
correlatiua aſſignare (dicitur correlatiuuz cum quo re
latiuum ad cōuertentiam dicitur) hoc patet in relati
uis pluralis numeri ſi queratur correlatiuum iſti⁹ ter
mini patres nō conuenienter aſſignabitur iſte termin⁹
filij in plurali numero: licet a genere abſoluatur q̄ cō
tra nō conuertitur: ſunt eñ filij quoruz nō ſunt patres
vt ſi fortes plures habeat filios ꝛ nullus alius habeat
ſimiliter iſti relatiuo filij ſi quis aſſignet ꝓ correlatiuo
ly patres nō bona nec conueniens aſſignatio fiet ꝓ o
pter contrariam rationem nec in talibus cōueniēs fie
ri poterit aſſignatio niſi relatiuum in obliquo addatur
correlatiuum vt dicendo ſic filij patrum cum illo nāq;
complexo ly patres ad conuertētiam dicitur. ſequitur
ei ſi patres ſunt filij patrū ſūt ꝛ ſi filij patrū ſunt filij ſūt
ꝛ viceuerſa dicas in alijs duobus et ſi iſti termino fili⁹
aſſignetur correlatiuum abſq; dubio debet ei aſſignari
iſte terminus pater vtrumq; a genere abſoluendo alias
incōuenienter aſſignatio fieret in ſingulari numero nō

adeo difficile est fingere correlatiuum.

¶ Sequitur textus.

¶ Omnia ergo q̄ ad aliq̄d dñr si cōueniēter assignent ad cōuertetiam dñr. Nā si ad quodlz aliud assignent. ⁊ nō ad illud dicant nō conuertūtur. Dico aūt quoniā neqz horū q̄ indubitāter cōuertibilia dicūtur. ⁊ nomina eis posita sunt nihil cōuertit. si ad aliq̄d eorū q̄ sunt accidentia assignent. ⁊ nō ad ea ad q̄ dñr vt seruꝰ si nō domini assignetur. sed hominis vel bipedis vel alicui talium. non quæritur nō enim conueniens est assignatio. Amplius. Si cōuenienter assignetur ad id ad quod dicitur oīnibus aliis circūscriptis. quecūqz accidentia sūt. relicto vero illo solo ad quod assignandū est semper ad ipsum dicetur. vt ille seruꝰ ad dñm dicitur circūscriptis oīnibꝰ que accidentia sūt. omnino vt esse bipedez vel scientie susceptibilem vel hominez. Relicto vero solo quod dominꝰ est semper seruus ad ipsum dicetur. Seruus em̄ domini est. Si autez nō cōueniēter reddatur ad id ad quod dicitur circumscriptis oīnibus aliis relicto vero solo ad quod assignatuz est nō dicetur ad ipsum. assignetur em̄ seruus hominis et alia auis circūscribatur ab hoīe esse dominum nō iam seruus ad hominem dicetur. Cum em̄ dominus nō sit seruus nō est. similiter ⁊ de aui si adimatur ea alatam esse ⁊ amplius nō erit ala ad aliquid. Cum em̄ nō sit alatuz nec ala erit alicuius. Quare oportet assignari ad id ad quod conuenienter dicitur. Et si sit nomen politū facilis erit assignatio. si autem no sit forte fale necessarium erit nomen fingere. Si autem sic reddātur manifestum est quoniam omnia conuertim dicūtur.

¶ In ista parte philosophus colligit conclusionez superius positam ⁊ dicit q̄ omnia relatiua si cōueniēter assignētur: id est si suozum correlatiuoꝝ fiet conueniēs assignatio dicentur cum eis ad conuertētiam: naz si ad quodlibet aliud assignētur ⁊ nō ad illud dicantur non cōuertuntur: id est sed si nō assignetur suum verum correlatiuum nō oportet q̄ secum dicātur ad conuertētiā q̄ declarans subdit: dico autem quoniā neqz eorū que indubitanter conuertibilia dicūtur ⁊ nomina eis posita sunt nichil cōuertitur hoc est quia si in rei veritate ⁊ terminus dicatur ad cōuertentiaz cū alio imposito ad significādum nō dicentur mutuo ad cōuertentiaz si ad eorum aliquid que sunt accidētia assignētur ⁊ nō ad ea que dicūtur: id est si pro correlatiuo assignet terminus qui in rei veritate nō est correlatiuum eius nō dicetur secum ad cōuertētiam ⁊ quia textus philosophi longꝰ est ⁊ sine difficultate satis est eius sententiaz explicare ponit consequenter phūs regulam quandaz ad cognoscendum quādo cōuenienter fit assignatio correlatiui ⁊ dicit in sententia si ꝯ assignetur correlatiuum b ⁊ scire volumus an cōuenienter facta sit assignatio vel non oportet tollere ⁊ separare ab ꝯ oīa que de eo accidētaliter predicātur quo facto si adhuc dicatur ad cōuertētiam cū b benefacta est assignatio correlatiui ipsius b sinautem malefacta est. verbi gratia querimus correlatiuum huiꝰ termini seruus si assignetur pro correlatiuo eius iste terminus dominꝰ dico q̄ bona erit assignatio correlatiui quia seclusis ab isto termino dominus omnibus predicatis que de eo accidentaliter predicantur adhuc dicetur ad conuertētiam cuz isto termino seruꝰ semper namqz hec consequētie sunt bone: si dominꝰ est seruus dominus est ⁊ si seruus est / dñi seruus est: ⁊ si que res qui sunt illi termini quos philosophꝰ dicit accidentaliter predicari de isto termino dominus: dicoq̄ oīs terminus qui nō predicatur in primo modo dicendi q̄ se de ly dominus predicatur accidentaliter de illo termino ⁊ capimus predicari per se primo modo large et nō stricte. seu proprie predicatio namqz per se ꝓprie capta est quando superius de inferiori essentialiter quiditatiue predicatur in predicatione directa vel econtra indirecta large vero capiendo fit talis predicatio non solum more predicto verum etiam quando predicatur diffinitio de diffinito quiditatiua siue quid nominis ⁊ certe regula philosophi est sufficiens nimis quia staret forte seruum ad conuertētiam cū domino dicitratione alicuius termini inseparabiliter predicabilis de domino cū quo ratione sue significationis seruus ad conuertētiam dicitur et nō cum illo termino dominus ex quo patet id q̄d supra diximus requiri ad hoc q̄ aliquis terminus ad conuertētiam dicatur cum altero debet itelligi ratione significationis eiꝰ alꝫ mutua consequentia inter illos minime sufficeret ad hoc q̄d ad cōuertentiā dicanꝫ verbi gra ly inter istos terminos genitor et filiꝰ in diuinis sit mutua ꝓña nō tamē ly genitor est correlatiuuz de ly filiꝰ. primū patet quia ī diuinis sequitur genitor est ꝑ filiū genitor ē: ediuerso etiā sequit filiꝰ est ergo genitoris filiꝰ est. scōs pz: qz relatiuū de ly filiꝰ est ly pater vnde q̄ sit mutua consequentia inter patrem ⁊ filiuz in diuinis nō est ratione istius termini genitor sed quia in diuinis omnis genitor est pater possumus etiā ī creaturis penere multa exempla sed istud sufficiat qz res est clara patet: igitꝫ. q̄ ad hoc q̄d debite alicui relatiuo assignetur correlatiuū oportet q̄ dicantur ad conuertentiam ratione significationis quam habent ad nichil aliud considerationis: habentes aduerte etiam q̄ quando philosophus dicit ad videndum an bene facta sit assignatio deberi separari predicata accidentalia et non que dicūtur per se de termino: nō ideo hoc dicit qz cū q̄lz tali relatiuū debeat dici ad cōuertentiā tanqz cum suo correlatiuo: qz certuz est hoc esse falsum lz eum pater habeat filiū ꝓ correlatiuo non tamē habet superius ad filiū ꝓ correlatiuo vt cōstat: sed ꝓ tanto dicit quia cōtradictionē implicat aliq̄d esse ⁊ nō cōuenire ei ea q̄ de ipso essentialiter predicātur: sed non ita est de his q̄ ei accidētaliter cōueniūt. verbi gra contradictionez implicat q̄ aliq̄d sit sortes ⁊ nō sit homo sed non cōtradictionē implicat q̄ sit homo ⁊ non risibilis licet illud sit impossibile qz esse hominē siue risibili est ponere priꝰ siue posteriꝰ: qd tamē necessario cōsequitur q̄ cōtradictionē nō implicat sed queris rationē assignationis regule philosophi dico rationē esse. naz alias aliquādo assignaretur pro correlatiuo relatiui terminus qui nō haberet modum significādi predicamēti relationis vt facile ex dictis colligi potest si sufficeret ad debitā assignationē correlatiuiqz inter ipsum et relatiuum sit mutua cōsequētia: ⁊ clarum est relatiuuz et correlatiuum habere modum significandi predicamenti relationis.

¶ Sequitur textus.

¶ Videnꝫ autē ad aliq̄d simꝫ esse natura. ⁊ in aliis q̄dē pluribꝰ verū est simꝫ enim duplū ⁊ dimidiū sunt. ⁊ cū sit dimidium duplū est. ⁊ cū sit seruꝰ dñs est. Sikꝫ autē his ⁊ alia. Simꝫ autez hec aufert se inuicem. si enī non sit dupluz non erit dimidium. ⁊ si non sit dimidium non erit duplum. Similiter autem ⁊ in aliis quecunqz talia sunt. Non autem in omnibꝰ relatiuis veruz videꝫ esse simꝫ natura. scibile enim sciētia priꝰ videtur esse Namqz in pluribꝰ subsistētibꝰ rebꝰ sciētias accipimꝰ. in paucis vero vel nullis quisq̄ hoc perspiciet simꝫ cum scibili sciētia factā. Amplꝰ. scibile sublatum simul aufert sciētiam. Scientia vero simul non aufert scibile. Nā si scibile non sit non est scientia Scientia vero si nō sit nichil prohibet esse scibile. vt circuli quadratura si est scibilis Scientia quidem est nondum est illud vero scibile est. Amplꝰ Animali quidē sublato scientia nō est. scibilia vero plurima esse cōtingit. similiter his sese habent ea que sensu sunt. Sensibile enim prius est quā sensus esse videatnr. sublatū enim sensibile simul aufert sensum Sensus vero sensibile nō simul aufert sensꝰ eni i corpore ⁊ circa corpꝰ est. sensibili aūt sublato aufert corpꝰ. sensibile ei corpꝰ est. Cū aūt corpꝰ nō sit sublatꝰ est sensꝰ. Quare siꝫ aufert sensibile sensum sensus vero sensibile non simꝫ aufert. sublato enim animali sublatꝰ est sensꝰ. sensibile enim permanet. vt corpꝰ dulce. calidū amaruz. ⁊ omnia alia quecunqz sunt talia. Amplꝰ. sēꝰ q̄dē simꝫ cuz sēsato fit. Simꝫ enim fit animal ⁊ sensꝰ sensibile vero ante est q̄ esset sensatuz. Ignis enim ⁊ aqua ⁊ alia hmōi. ex quibꝰ ipsuz animal cōstat. Ante sunt q̄ animal omnino sit vel sensꝰ. Quare priusq̄ sēꝰ sensibile esse videtur.

¶ In ista parte philosophꝰ ponit quartā ꝓprietatez relatiuoꝝ: ⁊ duo facit. Primo ponit illā ꝓprietatem Scōo ostendit illam nō omnibus relatiuis conuenire dicit primo videtur autem ad aliquid simul esse natura: id est quarta ꝓprietas relatiuoꝝ est relatiuū ⁊ correlatiuum esse simul natura ⁊ in aliis quidez pluribus manifestum est: id est hoc patet inductiue in multis relatiuis simul enim est duplū ⁊ dimidium. id est nā duplum ⁊ dimidium que sunt relatiuū ⁊ correlatiuū sunt simul natura. similiter seruus ⁊ dominus: id est quia si duplum est: dimidium est: ⁊ si seruus est dominus est. similiter autem his sunt ⁊ alia: id est ⁊ multa alia relatiua sunt his similia quo ad hoc etiam q̄ sunt simul natura. similiter autem ex sese auferre inuicem: id est etiam relatiua sic se habent q̄ ad negationem vnius sequitur negatio alterius si enim non sit duplum non est dimidium: ⁊ si non est dimidium non est duplum. similiter autem ⁊ alijs quecunqz talia sunt: id est eodē modo se habent cetera relatiua quorum vtrumqz est ilatiuum alterius q̄ ad negationem vnius sequitur negatio alterius: quia arguitur ab opposito consequētis ad oppositum antecedentis. Notandū est primo q̄ illa dicuntur esse simul natura prime intētionaliter quorum nullum ad suum esse aliud presupponit: ⁊ si mutuo ad sui esse se coergant: ⁊ propter hoc inter causaz ⁊ effectuz principium: ⁊ principiatū solet poni prioritas nature. effectus namqz causam presupponit ⁊ preerigit ad suum esse secunde vero intentionaliter dupliciter accipitur simultas nature. Uno modo pro propositionibus se mutuo inferentibus quaruz nulla se habet: vt causa probatiua alteriꝰ sicut sunt iste due homo est risibilis homo est flebilis supposito q̄ nulla illarum passionum risibile flebile aliam p̄supponat. Alio modo accipitur pro terminis incōplexis se mutuo inferentibus: et isto modo accipitur in presenti Ex quo patet sensus ꝓprietatis qui talis est relatiuum ⁊ correlatiuum sic se habent q̄ vnum est ilatiuum alterius ⁊ econtra ad istum sensum q̄ propositio de secundo adiacente in qua subiicitur vnuz relatiuū infert propositionem de secūdo adiacente: in qua subiicitur aliud correlatiuum. Ubi gratia. si pater est filius est: ⁊ si filius est pater est. Et notanter dico propositionem secundi adiacentis: quia in tertio adiacente non valeret consequentia: vnde non sequitur si filius est genitus pater est genitus: ⁊ si pater est generans est filius generans Et ex hoc patet veritas scōe partis. videlicet q̄ ad negationē vniꝰ sequat negatio alteriꝰ. scōo ptz q̄modo simul natura in ꝓprietate nō capiꝫ prime intētionaliter nō enī oportet si iste terminꝰ pr̄ est q̄ iste terminꝰ filiꝰ sit nec econtra. Scōo notādū est q̄ ēm principia realiū simul natura capitur

primeintẽtionaliter ⁊ est sensus ꝑpletatis si vna relatio sit alia relatio ei correspõdẽs est dictũ. nãq; est omni relationi in vno extremo correspõdere aliã de necessitate in alio extremo. nec ꝙ aliquã potẽtiã oppositus fieri potest. ex quo patet in littera philosophi concreta capi ꝓ abstractis ⁊c duplum ꝓ relatione in duplo fũdata ⁊ ad dimidiũ terminata q̃ quidẽ relatio est proportio dupla. nõ enĩ potest capi duplũ nec dimidiũ ꝓ illis reb⁹ quarũ vna est alteri dupla talis nãq; res non sunt simul natura pedale ⁊ bipedale vero nõ est simul natura cũ quadrupedali potest enim esse bipedale sine quadrupedali nisi velles dicere sensum philosophi esse bipedale ⁊ quadrupedale simul esse natura inquãtũ duplũ ⁊ dimidiũ ⁊ sensus esset ver⁹ ¶ Ex littera autẽ philosophi nõ video quin eque benevn⁹ sensus sicut alius trahi potest. cõsequẽter philosoph⁹. venies ad scõm dicens non autẽ in omnib⁹ relatiuis verũ videtur esse simul natura. i. nõ omnibus relatiuis cõuenit esse simul natura subalterni in sciẽtia ꝑtius esse videt. i. qz scientia ⁊ scibile sunt relatiuũ ⁊ correlatiuũ ⁊ tamẽ nõ sunt simul natura. scibile namq; ⁊ ꝑtius natura q̃ scientia stat nãq; ꝙ scibile sit quãdo sciẽtia nõ est ꝙ philosoph⁹ ꝓbat dicẽs. nã q̃ in plurib⁹ reb⁹ subsistẽrib⁹ scientias accipim⁹. i. qz ꝓ maiori parte ⁊ quasi semp ꝑi⁹ est scibile q̃ scientiã eius acq̃ram⁹ in paucis vero vel nullis hoc qs reperiet simul cũ scibili sciẽtiã esse. i. ⁊ raro vel nunq̃ cõtingit ꝙ sciẽtia scibile simul sunt natura: ⁊ sic ꝑz ꝓbãdo amplι⁹ scibile sublatũ simul aufert scientiã. Scientia vero non aufert scibile. i. sili⁹ si scibile non est sciẽtia nõ est: eduerso autẽ minime seqtur. patet hoc quia circuli quadratura scibilis est ei⁹ tamẽ sciẽtia nõdũ est muẽta. Amplι⁹ animali sublato nõ est sciẽtia scibilis vero plura esse cõtingit. i. si aial nõ est sciẽtia non est scibile tamẽ est multa namq; ꝓter aial scibilia sunt. Silr autẽ his sese habẽt ⁊ ea q̃ ꝙ sensu sunt. i. nec hec ꝓpietas cõuenit istis relatiuis sensus ⁊ sensibile. sensibile vero ꝓtusq̃ sensus esse videtur ⁊ sic nõ sunt simul natura assumptũ patet. nã sensibile perẽptum peremit sensum. i. qz si sensibile nõ est sensus/nõ est sensus vero sensibile nõ simul peremit. i. sed nõ seqtur sensus nõ est ergo sensibile nõ est. sensus enĩ circa corp⁹ ⁊ in corpore sunt. i. qz sensus est in corpore seu aliqđ ꝓticule corpus sensibile enĩ perẽpto: perẽptũ est corp⁹. i. ⁊ si sensibile non est corp⁹ nõ est. sensibile enĩ est corp⁹. i. qz omne corpus est sensibile cũ vero corp⁹ nõ sit peremitur ⁊ sensus quare simul peremit sensibile sensum. i. sed dictũ est antea ꝙ si corp⁹ nõ est sensibile nõ est. ergo seqtur si sensibile nõ est sensus nõ est. ex quo patet philosophũ sic arguere ad ꝓbãdũ ex negatione sensibilis seq negationem sensus si corp⁹ nõ est sensus nõ est: ⁊ si sensibile nõ est corp⁹ nõ est. ergo de primo ad vltimũ seqtur si sensibile nõ est sensus nõ est. ¶ Prima ꝓsequẽtia patet qz omnis sensus est corp⁹. Scõa patet qz omne corp⁹ est sensibile: sed ꝙ nõ sequaℓ ecõtra assumit philosophus dicens. Sensus vero sensibile nõ simul peremit animali quidã perẽpto sensus quidã perẽptus est. i. sed qõ non sequaℓ sensus nõ est. ergo sensibile nõ est patet. nã si animal nõ est sensus nõ est. nichil namq; ꝓter aial habet sensũ sensibile vero erit. i. sed nõ oportet si animal non sit ꝙ sensibile non sit quia ꝓter animalia multa sunt sensibilia vt corpus calidum dulce amarũ ⁊ multa huiusmodi. ex quo patet in istis exẽplis illas indefinitas negatiuas capi ꝓ vniuersalib⁹ ⁊ sensibile capi in ꝓpositio nõ ꝓ sensitiuo: sed ꝓ re autem nata sentiri: ⁊ sequitur in littera. Amplι⁹ autem sensus quidẽ simul cum sensato fit. ¶ Hic philosophus ponit scõam ꝓbationem sui dicti: ⁊ dicit sensum nõ ꝓtius esse sensitiuo simul enim animal fit⁹ sensus. i. cũ eque cito sit animal ꝙ est sensitiuũ sicut sensus dictũ namq; est sensum non posse esse sine animali: sensibile vero anteq̃ esset sensatum. i. sed sensibile ꝑcessit sensitiuũ ignis enim et aqua ⁊ huiusmodi ꝑtius sunt q̃ animal. ex quib⁹ ipsum animal cõstat. i. cum ex istoꝝ elementoꝝ trãsmutatione animal veneretur. ergo concludit philosophus sensibile ꝑtius esse sensus ¶ Ex quo patet philosophũ sic arguere sensus nõ est ꝑtius sensitiuo: sed sensitiuũ eque cito est sicut sensus ꝙ est dicere si sensus est sensitiuũ est hec est manifesta: ipse namq; sensus sensitiuus est vel aliqđ ipso sensu est sensitiuũ: sed sensibile est ꝑtius sensitiuo: qz est ꝑtius animali ꝙ tãtum est sensitiuũ ꝙ est dicere: sed nõ oportet si sensibile est sensitiuũ esse. nam elemẽta sunt sensibilia ⁊ animali ꝓtioꝛa cũ ex eis animal cõponatur verũ ꝓ maiore declaratione eoꝝ que dicta sunt. ¶ Notãdũ est primo ꝙ multa alia relatiua que Aristoteles nõ nominat in littera non ad cõuertẽtiam dicuntur cum suis correlatiuis sicut sunt ista ꝑi⁹ posterius calefactiuũ calefactibile nõ enim seqtur calefactiuum esse. ergo calefactibile est nec ecõtra: nec sequitur ꝑtius est. ergo posterius est: nec ediuerso ex his infero ꝙ aliqua sunt relatiua q̃ ⁊ si nõ sint simul natura cũ suis correlatiuis inferũt tamen sua correlatiua ⁊ aliqua sunt que neq; inferũt illa nec inferũtur ab eis. hoc patet in exẽplis. nam si scientia est animal est: ⁊ si animal est scibile est. ergo si sciẽtia est scibile est: sed non seqtur scibile est ergo sciẽtia est. ex quo patet philosophũ tantum loq̃ de sciẽtia que est in homine scõs patet philosophum vocare rem ad extra obiectũ scibile. Alias non valeret hec ꝓsequẽtia. animal est: ergo scibile est patet etiã philosophum nõ habere ꝓ incõueniẽti in aliqua specie accidẽtiũ nullũ esse indiuiduũ. Scõa pars correlatiũ patet: quia ꝑtius posteri⁹ calefactiuũ calefactibile sunt relatiua ⁊ correlatiua ⁊ tamẽ nullũ eorum infert suũ relatiuũ neq; infertur ab eo. ¶ Nõ enim oportet si ꝑtius sit ꝙ posteri⁹ sit nec econtra: nec oportet si calefactiuum est ꝙ calefactibile sit: nec ediuerso. Secũdo principaliter sequitur ꝙ nõ est idem dici ad cõuertẽtiã ⁊ esse simul natura hoc patet. nam ad hoc ꝙ calefactiuum ⁊ calefactibile dicãtur ad conuertẽtiam vt patet ex antedictis sufficit ꝙ hee cõsequẽtie sint bone: sed calefactiuum est alicui⁹ illud est alicuius calefactibilis calefactiuũ. similiter si calefactibile est illud est ab aliquo calefactuo calefactibile. igitur dicũtur ad conuertentiam in cõsequẽte. namq; ꝓme cõsequẽtie ly calefactiuũ supponit: qz est termin⁹ ampliatiu⁹ a parte ꝓdicati posit⁹ licet sit respectu verbi ꝓsentẽ temporis: in secunda etiam cõsequẽtia ꝓpter similẽ causam ly calefactiuum supponit etiã in istis duabus calefactibile est ⁊ calefactiuũ est illi duo termini nõ supponũt ⁊ autem debent intelligi suppositio ꝙ iste terminus calefactibile sit termin⁹ ampliatiu⁹ de materali ⁊ formali significato tũc enim licet ly calefactiuũ non esset terminus ampliatiu⁹ ille consequẽtie essent bone. Amplιatur enim termin⁹ qui est determinatio termini ampliatiui conceditur namq; ista vera antichristus est generabilis ab aliquo: ⁊ ego credo sufficere sm mẽtem philosophi quicquid ad hoc ꝙ aliqua sint simul natura vt in ꝓpositio capitur simultas nature ꝙ inter illa sẽ mutua consequẽtia. ex quo patet ꝙ talis simultas nature secum patitur cum ꝑioritate nature requisitam inter causam ⁊ effectũ ¶ hoc videtur cõformie dicẽ doctoris subtilis in quarta questione quolibeti. Et aduertẽdus est ꝙ quãdo ¶ Philosoph⁹ dicit ꝙ inter impossibile in-

teremitur sciẽtia capit ibi interẽptionẽ ꝓpositione negatiua de scõo adiacẽte in qua subiicit ly scibile vt sit sensus si scibile nõ est sensus nõ est: qz ad negationẽ alicuius scibilis particularis nõ seqtur negatio scientie: qz non seqtur rosa nõ est. ergo sciẽtia non est immo nec sequitur ꝙ scientia de rosa nõ est: sed nõ immerito quis potest dubitare in sequẽdo principia realiũ ꝙ oĩa relatiua ad conuertẽtiã dicũtur. dictũ namq; est vnã relationem coexigere aliã in suo termino ⁊ ecõtra si hoc igit⁹ ita sit nõ videt cõuenienter dictũ relatiua nõ esse simul natura ex illo namq; seqtur vtrumq; relatiuũ esse relatiuum alteri⁹. ¶ Respõdet ꝙ vt dictũ est in prima qstione ꝑdicabiliũ multiplex est relatio q̃dã est relatio realis q̃dã aptitudinalis ⁊ q̃dã rationis cuius diuisionis mẽbra in tripliciℓ illi⁹ qstionis articulo declarata sunt: sunt autẽ aliquãdo aliqua relatiua relatiõe reali sicut pater filii⁹ simile ⁊ dissimile ꝓpinquũ remotũ agens et patiens ⁊ multa alia ⁊ talia simul sunt natura volo dicere quãdo relatiuũ ⁊ correlatiuũ sunt relatiua realib⁹ relationib⁹ tũc sunt simul natura. ⁊ de illis relationib⁹ intelligitur ꝙ interdubitã dũ dixisti de natura relationum si autẽ relationib⁹ aptitudinalib⁹ sint relatiua relatiuũ ⁊ correlatiuũ nõ oportet relatiua esse simul natura vel sivnũ relatione rationis sit relatiuũ. Et aliud relatione aptitudinale: cũ igit⁹ calefactiuũ ⁊ calefactibile sunt relatiuũ ⁊ correlatiuũ relationib⁹ aptitudinalibus: ⁊ ex dictis in tertio articulo eiusdẽ ꝓme qstionis dictũ est seqtur nõ oportere tale relatiuũ ⁊ correlatiuũ esse simul natura sciẽtia autẽ ad scibile habet relationem rationis ⁊ scibile ⁊ sciẽtiã aptitudinalẽ. ideo non oportet talia esse simul natura: ⁊ per hoc patet ad argumentũ ꝙ faciebas. Aduertendũ enim est quãdo philosophus dicit ex scibili nõ sequi scientiã non intelligere de quocunq; scibili taliter ꝙ vellet dicere quocunq; scibili demõstrato nõ seqtur hoc scibile est. ergo scientia est illud enim esset falsum. nã demõstrãdo scibile ꝙ est sciẽtia seqtur hoc scibile est: ergo scientia est nisi velles dicere ꝙ hec qualitas q̃ potest esse sciẽtia est quãdo nõ est scientia ꝙ alienũ est licet sit verũ supernaturaliter a mente philosophiq; naturaliter loqtur dico igit⁹ philosophum tantũ intẽdere hanc cõsequẽtiam non valere si scibile est scientia est: ⁊ hoc est verum vt antea est ostensum.

¶ Sequitur textus.

¶ Habet autem questionem vtrum nulla substantia ad aliquid dicatur. quemadmodum videtur. an hoc contingat secundum quasdam secũdas substantias ¶ Nam in primis substantijs verum est. ¶ Nam neq; tote neq; partes dicũtur ad aliquid. ¶ Nam aliquis homo nõ dicitur alicuius aliquis homo. neq; aliqs bos alicuius aliquis bos. Similiter autẽ ⁊ partes q̃dam enim manus non dicit⁹ alicuius quedam manus. sed alicui⁹ man⁹ ⁊ quoddam caput non dicitur alicuius quoddam caput. sed alicui⁹ caput. Similiter autem ⁊ in secundis substãtijs atq; hoc quidem in pluribus. vt homo non dicitur alicuius homo. nec bos alicuius bos. nec lignum alicuius lignum sed alicuius possessio dicitur. In huiusmodi ergo manifestum est quoniã non sunt ad aliquid. In aliquibus vero secundis substantijs habet aliquam dubitationem. vt caput alicuius caput dicitur. ⁊ manus alicuius manus. ⁊ singula huiusmodi. ¶ Quare hec esse forsasse ad aliquid videbũtur si igitur sufficienter eorum que sunt ad aliquid diffinitio assignata est Aut nimis difficile. aut impossibile est soluere ꝙ nulla substantia eorum que sunt ad aliquid dicitur. si autem non sufficienter sed sunt ad aliquid quibus hoc ipsum est esse ad aliquid quodammodo se habere. fort⁹ esse aliquid contra ista dicetur. ¶ Prior vero diffinitio sequitur quidez omnia relatiua. ¶ Non tamen hoc eis est esse quod sunt ad aliquid quod ea ipsa que sunt aliorum dicuntur.

ter.ex his patet q̄ non potest saluare śm doctrinā sancti Thome relationem non distingui a rebus absolutis.nam śm suā principia vt dictum est qualitas p̄ continuam alterationē acquirit nouum esse ⁊ illud esse est inherentia eius ad subiectū:quia vt visum est relatio realis extrinsecus aduenies ⁊ si dicas sanctus Thomas dicit prima secunde questione quadragesimanona articulo primo in corpore questionis inter accidēs et subiectum nullum esse medi ū qđ falsum esset si eius inherentia ab vtroq̄: scilicet accidente ⁊ subiecto distinguetur.respōdetur q̄ iste est vnus passus in via sancti Thome satis apparens ad probandum relationes a rebus absolutis non distingui:sed dicitur q̄ doctor sanctus est sic intelligendus nichil mediat inter accidens ⁊ subiectum.id est nullum absolutum ⁊ hoc est verum vel sic nichil mediat quod sit causa efficiēs vel alia cā formalis inherendi accidentis ad subiectum alias fuit opinio Bodofredi de fontibus theologi ingeniosi quam philosophorum vulg⁹ Baltero burleo attribuit ymaginatur Bodofredus si ignis a non gradu aquam calefaciat pro quolibet instanti rēporis calefactionis esse qualitatem de nouo acquisitam in aqua ⁊ tāto perfectiorem quanto plus distat ab vltimo non esse calefactionis ⁊ quia perfectior denominare aquam magis calidum.ex quo patet q̄ id qđ doctor sanctus concedit de inherentijs iste suus assecla concedit de ipsis qualitatib⁹ ⁊ fundatur hec opinio in hoc q̄ duo accidētia solum numero differentia non possunt esse in subiecto eodem.ymaginatur etiam hec opinio q̄ quādo est deperditio qualitatis in aliquo subiecto pro quolibet instanti temporis talis deperditionis est noua qualitas proportionis non gradui cā precedens cuius oppositū dictum est contingere in acquisitione seu in alteratione acquisitiua.Tertia est opinio communis solet.scilicet doctoris subtilis gregorij ⁊ Okam ⁊ ingeniosi martini buridani hentisberi ⁊ calculatoris sut:sed forma intenditur per additionem gradus ad gradum quod est dicere in eodem subiecto adequato recipit duas formas eiusdem speciei ⁊ vniri ad inuicem vel duas qualitates sicut albedines duas ratione cuius qualitas inde resultans seu ex illis cōposita intentior dicitur cā aliqua illarum:nec est inconueniens duo accidētia eiusdem spēi esse in subiecto adequato quando faciūt vnum que ista rum opinionū rationi ⁊ mēti philosophi sit cōformior vbi tractauimus de intentione formarū explicuimus logico sufficiam intelligere quid est qualitatē magis ⁊ minus suscipere śm quemcunq̄ modū philosophandi sed dices videtur q̄ vna albedo sit magis albedo cā alia si habeat plures partes intensiuas cā alia vt ymaginatur.Tertia opinio respondetur negando cōsequentiam:quia in ista a albedo est magis albedo cā b nō denotatur maior perfectio accidētalis:sed essentialis.et quia illud est falsum ideo non cōceditur q̄ vna albedo est magis albedo cā alia.ex quo patet non esse nimis conformiter dictum mēti philosophi q̄ vna albedo sit magis perfecta essentialiter.scilicet illa que est intentior cā illa que remissior est:q̄ tunc non videt quin vna albedo esset magis albedo cā alia.nam propterea q̄ fortes non est essentialiter perfectior Platone cōceditur q̄ non est magis homo q̄ plato ⁊ philosophus expresse negat in littera vnā iusticiā esse magis iusticiā cā aliaz ⁊ quo ad hoc idem iudiciū est de quacunq̄ qualitate.

Tertio notandum est q̄ tenendo figuras distingui a re figurata vt antea tactū est oportet imaginari figuram indiuisibilem esse ⁊ toti rei figurate ⁊ nulli eius parti inherere ⁊ sic nullo modo suscipit magis ⁊ minus śm nullam opinionem:quia res indiuisibiles quarum nulla est altera perfectior śm aliquas ex tribus opinionibus narratis non suscipiūt magis ⁊ minus modo nō est sic de figura:quia nulla figura est altera eiusdē speciei perfectior simpliciter cū quelibet figura sit indiuisibilis ⁊ sic non potest vna figura esse perfectior altera eiusdem speciei secum modo quo vna albedo est perfectior alia albedine ⁊ si dicas angulus est diuisibilis ergo ⁊ figura clara est consequentia ⁊ antecedens patet.nā euclides in nona primi demonstrat angulum datū per equalia sequare.respondetur q̄ angulus est diuisibilis quo ad materiale eius ⁊ nō quo ad formale Sed cōtra hoc replicatur dicere q̄ est diuisibile quo ad materiale non est aliud q̄ subiectū anguli diuisibile esse: sed hoc non igitur minor patet:q̄ si angulus in se est indiuisibilis subiectū in se est indiuisibile:q̄ angul⁹ non est accidēs inherens toti ⁊ cuilibet parti toti⁹ sicut alia inest materie dices forte verum esse si loq̄remur de subiecto adequato.nam si accidens sit indiuisibile subiectum eius adequatū est indiuisibile:sed angulus non habet subiectum adequatū sed inadequatū. Contra hoc sic arguitur seq̄retur tūc q̄ nullus angul⁹ posset dici maior alio sed hoc est cōtra aliquas de diffinitionib⁹ primi euclidis igitur maior patet:q̄ si angulus esset maior alio vt obtusus recto ⁊ rectus acuto vt ibidem placet euclidi vel esset ratione subiecti anguli vel ratione ipsius anguli:sed non primū.quia cum angulus ex dictis nō habeat subiectū adequatū ⁊ subiectum inadequatū anguli recti obtusi ⁊ acuti sit idem sicut idem est subiectum inadequatum linee superficiei ⁊ plicti sequitur intentus śm etiā non est dicendū cū angul⁹ in se indiuisibilis ponatur dcđ ad hoc dici potest:q̄ non placet michi modus dicēdi figurā distingui a re figurata neq̄ angulos a re angulari circa hoc non amplius insisto.

¶ Sequitur textus.

¶ Simile autem ⁊ dissimile alterū alteri non est secūdū aliud nisi secūdū duz id quod quale est. Quare propriū est qualitatis secūdū eā similer ⁊ dissimile dici.

¶ In ista pte philosoph⁹ ponit tertiā pprietatē qualitatis:⁊ dicit. Simile autē ⁊ dissimile śm solas dicuntur qualitates.i.pprium est qualitati vt śm eam aliquid dicatur alteri simile vel dissimile. simile autem alteri altero non est śm aliud nisi śm hoc q̄ quale est.i.nā nichil dicitur alteri simile vel dissimile nisi śm q̄ habet qualitatem eiusdē speciei cū qualitate alterius. postea philosophus cōcludit pprietatē dicēs q̄ propriuz est qualitati śm eam simile vel dissimile dici. Notādū est vt dictū est in pma qstione p̄dicabiliū iste termin⁹ similitudo supponit pro aliquo conotādo q̄ habeat qualitatem eiusdē speciei cū qualitate alteri⁹ ⁊ dissimile conotat q̄ habeat qualitatē speciei alteri⁹ ab aliqua qualitate alterius:⁊ śm reales supponunt pro relationib⁹ intrinsecus aduenientibus.

¶ Sequitur textus.

¶ At vero nō decet cōturbari ne quis nos dicat de qualitate propositionū faciētes multa de relatione interposuisse habit⁹ enim ⁊ dispositiones horuz que ad aliquid sunt esse dicebamus. Pene enim in omnibus talibus genera ad ali

quid dicūtur. Nichil autem eorum que singularia sunt. Nam cum disciplina genus sit ipsum quidem alterius dicitur. alicuius enim disciplina dicitur. Eorum vero q̄ singularia sunt nihil ipsum quod est alterius dicitur. vt grāmatica nō dicitur alteris grāmatica. nec musica alicuius alterius musica sed forte secūdū genus ⁊ hec ad aliquid dicūtur. vt grāmatica alicuius dicitur disciplina non alicuius grāmatica. et musica alicuius disciplina non alicuius musica. quapropter q̄ singularia quidem sunt non sunt ad aliquid. dicuntur enim quales secūdum singula. hec etenim habemus. scientes enim dicimur eo quod habemus singulas scientias. quare hec erunt etiam qualitates que singularia sunt secūdū quas quales dicuntur. hec autem non erunt eorum q̄ sunt ad aliq̄d. āpli⁹. Si cōtingat hoc ipsum quale ⁊ relatiuum eē nichil est incōueniens in vtrisq̄ hoc generibus enumerare.

¶ In ista pte philosoph⁹ positis pprietatib⁹ qlitatis remouet quādā dubitationē quā i pncipio pōit dicēs at vero non debet turbari ne qs nos dicat de qualitate propositionum facientes multa de relatiuis interposuisse.i.nō debet nos pturbare si quis dicat aliqua que assignauimus tanq̄ species qualitatis esse de predicamento relationis. habitus enim et dispositiones eorum que sunt ad aliquid eē dicebamus id est quia inter species qualitatis numerauimus habitum ⁊ dispositionē que in precedenti predicamēto diximus illa esse ad aliquid ⁊ stat in hoc apparentia argumenti quia ex his sequitur q̄ diuersorum generum ⁊ non subalternatiz positorum nō sunt diuersa genera nec differentie hanc dubitationem soluit philosophus dicens primo pene enī omnibus talibus genera dicuntur ad aliquid nichil autem horum que singularia sunt ideſt i multis accidit q̄ genera dicantur ad aliquid ⁊ eorū inferiora minime dicantur ad aliquid ⁊ ita est in proposito. nam habitus ⁊ dispositio scientia ⁊ disciplina dicuntur ad aliquid non tamen eorum inferiora sicut grāmatica Logica ⁊ cetera et hoc est q̄ dicit cum ait nam cum disciplina genus sit ad ipsum q̄ est alterius dicitur ideſt quia disciplina qđ est vnus gen⁹ ad aliquid seu relatiue dicitur alicui⁹ enim disciplina dicitur eorum vero que sunt singularia nichil ipsum qđ est alterius dicit ideſt sed inferiora ei⁹ non dicūtur ad aliquid nec relatiue vt grammatica nō dicitur alicuius grāmatica nec musica alicuius musica sed forte śm genus ⁊ hec ad aliquid dicūtur ideſt veritamen grāmatica bene dicitur ad aliquid sub nomine sui generis hoc est licet grāmatica non dicatur alicuius grāmatica bene tamen dicitur alicuius disciplina ⁊ musica alicui⁹ scia sed nō alicui⁹ musica q̄propter que per se singularia sunt nō sunt relatiua sed qualitates. ex quo patet q̄ inferiora talium potius sunt in predicamento qualitatis cā relationis. q̄ autem sint de predicamento relationis patet:dicimur enim śm singulas quales id est quia śm inferiora dicimur quales hec est habemus scientes est dicunt q̄ habem⁹ singulas scientias ideſt nam cūcunq̄ habeamus scientiam śm illam denominamur quales quare hec erunt qualitates que singularia sunt scōm quas quales dicimur ideſt ex quo patz illa de quibus diximus esse de predicamento qualitatis hec autem non erunt que sunt ad aliquid ideſt ⁊ talia non sunt relationes nec de predicamento ad aliquid amplius si contingat ipsum quale ⁊ relatiuum eē nichil est inconueniens in vtrisq̄ ex generibus enumerare id est secundo dicitur aliquid est in vtroq̄ predicamento scilicet qualitatis ⁊ relationis ⁊ hic est finis expositiōis istius predicamenti qualitatis Verū pro maiore intelligentia eorum que dicta sunt Notandum est primo q̄ aliquis terminus importat respectum et habitudinem vnius ad se vel ad aliud: nichilomin⁹ tamen habet modus significandi predicamenti qualitatis qz est aptum respōsuum ad interrogationem factaz per quale verbi gratia si queratur de forte qualis est dicendo eum esse bonum sapientem ⁊ huiusmodi ergo tales termini licet importent respectum ⁊ habitudinem ponuntur in predicamento qualitatis. ex hoc elicitur ista propositio q̄ non omnes termini conotantes respectū sunt de predicamento ad aliquid sed tantum illi qui nō sunt aptum respōsuz ad interrogationem factam p̄ interrogatiuū alterius predicamenti ⁊ sic haberetur p̄ circūlocutionem proprius modus significandi predicamenti relationis videlicet taliter respectum conotare q̄ terminus non sit aptum respōsuum ad interrogationem factam per interrogatiuū alterius predicamēti. ex quo pz quomodo adhuc possimus saluare hos terminos habit⁹ scientia ⁊ huiusmodi esse predicamenti qualitatis scōm significationem quam habent. Secundo notandum est q̄ phūs in littera capit genera et singularia pro superiori ⁊ inferiori non quiditative sed in supponendo et per inferiora intelligit terminos absolutos significantes rē seu res pro quibus supponunt illi termini superiores verbi gratia sit a terminus absolutus significans hanc vel illam grammaticam certum est q̄ a est inferius in supponendo ad istum terminum scientia vel disciplina ⁊ certum est etiaz illum terminum a relatiue non dici sed scientia disciplina relatiue dicuntur sed dices: ergo illi termini inferiores non sunt q̄litetes hoc est nō sūt de p̄dicamēto qualitatis qz scōm te sunt termini absoluti. et ex consequēti non habent modū significanti qualitatis. Respondet ad hoc q̄ verum est scōm se: sed non scōm sua concreta. sua nāz concreta habent modum significandi predicamenti qualitatis ⁊ hoc ideo qz tales qualitates denominant sua subiecta qualia ergo eorum concreta predicantur i quali accidentali sed dices applica michi solutionem philosophi ad argumentū dico hoc modo applicari cū sic argumentaris habitus ⁊ dispositio sunt relationes ergo nō sunt in predicamento qualitatis distinguo antecedens vel capiendo relationem pro termino qui conotat respectum siue predicetur in quale siue non ⁊ sic conceditur ⁊ negatur consequentia ⁊ ad probationem cum dicebas diuersorum generum ⁊ nō subalternatim positorum diuerse sunt species ⁊ differentie conceditur sed significare respectum ⁊ habitudinem hoc modo nō est modus significandi predicamenti relatiōis sed tantum significare habitudinē qualiter sufficit ad hoc qđ terminus sic significans sit aptum respōsuum preci-

se ad questionem factam per interrogatiuum predicamenti relatiōis sicut sunt isti termini pater /filius/ /simile/dissimile equale inequale/ per nullus enim illorū terminorum conuenienter respondetur ad questionem factam per quale. nam si quaeratur qualis est sortes nō cōuenienter responderetur q est pater vel filius sicut si quaeratur qualiter se habet sortes respectu platonis sive capias relationem pro termino habenti modum significandi predicamenti relationis dico falsum esse habitum z dispositionem relationes esse. sed contra hoc sic arguitur quia dicit Aristoteles in secūda solutione argumenti nō esse inconuenies q aliquid sit in vtroq genere scz qualitatis z relationis ergo capit relationem tanq genus Respondetur q non capit genus pro aliquo genere generalissimo de numero decē predicamentorum nec pro aliquo contento sub illis sed vt diffinit a porphirio nec omne tale in predicamento ponitur vt infertus dicetur possimus dicere a principio q non est inconueniens q aliqua species predicamēti relationis sit species predicamēti qualitatis neq hoc est contra primam regulaz ante predicamētalem vt patet per primam expositionem cū illi regule dedimus. Tertio notandum est q secūdi reales iste terminus scientia duo importat vnum de subiecto et quo ad hoc certum est q scientia est qualitas: et non relatio. aliud autem importat de formali significato z illud est respectus z quo ad hoc scientia potest dici respectus seu potius respectiuus sicut sortes inquantum pater et talis res solet vocari relatiuum scōm dici per singulare autem in proposito debemus intelligere ipsum subiectum signatum z determinatum verbi gratia hanc qualitatem vel illam q est scientia est igitur sensus philosophi scientia quo ad per se significatum pertinet ad predicamentum relationis: sed quo ad ipsum subiectum ad predicamētū qualitatis z hoc nō solum quo ad subiectum signatū z determinatum sed etiam nō signatus sed philosophꝰ pro maiori declaratione seu semper fugiens ināne potest vniuersalia Platonis addidit illam particulā hoc est designauit tale subiectum per hunc terminus singulare. ex quo patet intellectus secūde solutionis philosophi: scientia eñ pertinet ad predicamentum relationis et qualitatis diuersimode tamē quo ad illum respectum quo denominatur scientia ad predicamentum relationis z quo ad entitatem propriam ad predicamētum qualitatis nec respicimus ad hoc in presenti an respectus ille sit rationis vel realis quia hoc nō saluaret propositum cum in relationibus rationis sunt etiā genera z prima regula ante predicamentalis cum sua declaratione etiam in talibus generibus verum habeat z hec de predicamento qualitatis dicta sufficiunt. seq de sexultimis predicamentis. Sequitur textus quinti capituli istius tractatus.

¶ Secundi textus.

¶ Capitulum, v. de actione z passione.

Recipit autem facere z pati z cōtrarietatem z magis et minus. Calefacere enim z frigidum facere contraria sunt. z calefieri z frigidū fieri. z delectari z contristari. Quare suscipit contrarietatem facere z pati z magis z minus. Est autem calefacere z magis z minus. Est autem calefieri magis z minus. z contristari magis et minus. Idcirco suscipit magis z minus facere z pati. Ac de his quidem hec dicta sunt

¶ Dictum est autem z de situ in relatiuis quoniaz denominatiue a positionibus dicitur. De reliqs vero idest quādo vbi z habere. Propterea quod manifesta sunt nichil de his vltra q̄ quod dictum est in principio dicitur q habere significat calciatum esse vel armatuz esse. vbi vero in loco vel alia quecunq de his dicta sunt. Igitur de oīnbus generibus que proposuimus sufficiēter dictuz est nunc quotiens solet opponi dicendum est.

¶ In hac pte philosophus determinat de sexvltimis predicamētis z primo de actione z passione earuz proprietates assignās. et quia littera philosophi facilis est ponemus sententiaz per propositiones quarum prima est actior passio habent contraria patet nam frigefacere et calefacere contrariam similiter calefieri et frigefieri contrariantur similiter delectari et tristari. Secūda propositio est a actio z passio suscipiunt magis z minus probatur nam aliquando aliquod agens calefacit magis z minus et aliquod passum frigefit magis z minus vno tempore q̄ alio igitur actio z passio cōtraria recipiunt. ¶ Tertia propositio est in predicamēto ad aliquid diximus situz esse de his que denominatiue appositionibus dicūtur vbi declarauimus quid ē dicti denominatiue appositionibus ¶ Quarta propositio est de alijs predicamētis propter eorum facilitatem nihil dicēdum occurrit vltra id quod in quarto capitulo primi tractatus dictum est vbi diximus habere significare calciatum esse vel armatum esse z vbi in loco esse et cōcludit philosophus dicens de propositis itaq generibus hec dicta sufficiant: z hic est finis in littera philosophi istius secundi tractatus. Verū pro maiori intelligentia istorum Notādum est primo q nō est intentio philosophi dicere q idez agēs non potest simul z semel calefacere z frigefacere quia hoc certe falsum est. nam aliqua agentia naturalia calefaciunt vnum passum et infrigidant aliud siue hoc sit de per se siue de per accidens non est curandum frigus frigefacit de per se. z calefacit de per accidens per antiparistasim siue ratione constrictionis z clausionis porozum ratione enim talis cōstrictionis caloꝛ retinetur interius z nō exalatz hec ē causa quare in hyeme loca subterranea calida sunt licet supior pars terre sit frigida. similiter naturalis cōplexio hominis est remissiua caliditatis excessiue similiter frigiditatis intelligit ergo sic philosophus q frigefacere z calefacere sunt contraria quia ad terminos contrarios vel quia idem nō potest simul et semel calefacere et frigefacere idem passum iste est sensus isti. proprietatis. si prime intentionaliter intelligatur siue vero secunde intentionaliter intelligatur sensus est q isti termini calefacere et frigefacere sunt cōtraria quia conotant productiones formarum cōtrariarum vel quia non possunt verificari de eodem simul z semel respectu eiusdem passi adequati et suo modo dicas de frigefieri

z calefieri actio autem z passio suscipiunt magis z minus pro quāto predicantur cum istis aduerbijs magis z minus et minus. Secundo notandum est q modus significādi istius predicamenti actionis est conotare factionem actiue sim quid vel simpliciter vnde omnes isti termini edificare mouere scribere habent modum significandi istius predicamenti et quodlibet illorum est aptum respondere ad questionem factam per interrogatiuum istius predicamenti verbi gratia. si queratur quid agit sortes conuenienter respondetur scribit domificat ꝛc. et si dicas ergo verba habent modum significandi istiꝰ predicamenti q superius in vltimo capitulo primi tractatus negauimus respondetur q talia verba ratione participij inclusi sunt apta responsiua ad talem questionem factio autem simpliciter vel actio est illa sim quaz aliquid incipit vel desinit esse simpliciter sim quid vero incipit vel desinit esse quando sim illam aliquid incipit esse vel desinit esse sim quid videlicet esse album vel nigrum ꝛc. Ex his patet q nō omne q ponitur in predicamento actionis est aptuz responsiuum ad questionē factam per interrogatiuum istius predicamenti: naz si queratur de sorte quid agit nō conuenienter responderē dicendo q agit: vt patet per ea que diximus in predicamento quantitatis ad vnuz simile. modus autem significandi predicamenti passionis est conotare passionez sicut isti termini calefieri frigefieri que sunt apta respō siua ad interrogationem factaz per interrogatiuū istiꝰ predicamenti: vt si queratur quid patitur sortes respōdetur cōuenienter frigefit vel calefit. Tertio notandū est q circa ista predicamenta nō modica est questio ter reales z nominales. reales vero dicunt actionem z passionem distingui a rebus absolutis z esse relationes extrinsecus aduenientes nominales vero oppositum dicunt non ponentes respectus a rebus absolutis distinctos pro prime opinionis intelligentia. Notandum est q actio dicit respectū: quia est habitudo agentis ad passum et extrinsecus aduenientem fundatum in agente et terminatum in passum q autem sit extrinsecus aduenies. patet quia stat esseres illas que sunt agens z patiens z vnam non agere in aliam igitur actio est respectus extrinsecus aduenies et relatio que ei correspōdet in alio extremo dicitur passio que simili ratione dicitur extrinsecus aduenies scotus autem in primo distinctione tertia z in pleriscz alijs locis dicit duplicem esse actionem quedam est de genere qualitatis quedaz de genere actionis illa de genere qualitatis qualitas ē z talis est actus alicuius potentie sicut intellectio sensatio z huiusmodi et secunda est respectus de quo loqmur aliquando etiam qualitas que recipitur in extrinsecum passum' dicitur actio tempore quo producitur sicut caliditas quando producitur potest dici calefactio actio inquantuz procedit ab agente z passio inquantū recipitur in passum. Et ex hoc patet vnius questionis solutio querit in quo est actio tanq in subiecto vel fundamento an in agente vel in passo dicendum est vel loqueris de actione predicamenti qualitatis. et sic est in passum in eo namq recipitur forma que producitur si vero loqueris de actione que est de genere actiōis. sic est in agente. Actio autem z passio nō dicuntur suscipere magis z minus: quia sint accidentia intensibilia z remissibilia quia vt dictū est relationes nulle habent gradus: sed debet intelligi secunde intentionaliter relationes autem predicātur cum istis aduerbijs magis z minus: vt patet in expositione littere: sed dices sicut nullus terminus predicatur cum istis aduerbijs magis et minus nisi conotet formam intensibilem z remissibilē

insequendo principia nominalium ita sim reales nulla predicabitur cuz istis aduerbijs magis z minus nisi sit intensibilis z remissibilis: ergo cum relationes nō sint huiusmodi sequitur eas non suscipere magis z minus secunde intentionaliter Respondetur q dupliciter res predicatur cum istis aduerbijs magis et minus Uno modo ratione sui quia in se intentionem et remissionez suscipit et hoc modo relationes absq dubio non suscipiunt magis et minus. Alio modo ratione fundamenti et hoc modo relationes bene suscipiunt magis z minus secunde intentionaliter ad istum sensum q in concreto predicantur cum istis aduerbijs magis z minus vt patz per exempla philosophi. ex quo patet differentē inter qualitatem et relationem: nā qualitas nunq incipit predicari cuz isto aduerbio magis nisi fiat magis intensa relatio vero aliquando incipit predicari cum illo aduerbio magis ratione intentionis aliquādo ratione remissionis fundamenti sortes enim aliquando efficitur magis similis platoni ratione intentionis siue albedinis aliquando ratione remissionis albedinis eiusdem. Petrus hispanus assignat vnam proprietatē actioni dicens propium esse actioni inferre passionem q scōm istam viam potest sic intelligi si actio est passio est et in hoc sensu etiam passio infert actionem: nec iste sensus est alienus a via nominalium scōm quos potest habere alium sensum valet q actiua infert passiuam. et econtra verbi gratia sic arguendo sortes pertransit aliquod spacium de presenti: ergo aliquod spacium pertransitur a sorte verum talis modus arguendi ad hoc q valeat aliquas conditiones requirit. Prima est q nō varietur appellatio. vnde nō sequitur sortes cognoscitur a me: ergo cognosco sortem sed inferenduz est ergo sortem cognosco requiritur etiam q nō arguatur a confuso ad determinatam respectu multitudinis. vnde non sequitur quilibet equꝰ ab aliquo homine equitatur ergo aliquis homo quēlibet equum equitat sed inferēdū est quemlibet equuz homo equitat breuiter requiritur proprietates logicales seruari. sic igitur: patz scōz via realium que est actio et passio et quomodo a rebus absolutis distingūtur: sed pro intelligentia huius materie scōm principia nominalium ponuntur propositiones. Prima est iste terminus actio potest capi dupliciter. Uno modo actiue Alio modo passiue actio actiue sumpta est agens vocando agens nō solum agens principale sed etiam agens instrumentale passiue vero dupliciter accipitur pro re que agit vel producitur et hoc dupliciter vel pro re que agitur simpliciter que est illa que incipit esse simpliciter vel pro re que agitur scōz quid que est illa que incipit scōm quid videlicet quando aliquid incipit esse album: sedens vel huiusmodi passio vero capitur dupliciter. Uno modo p re que fit factione simpliciter vel scōz quid Alio modo pro re que recipitur in aliquod passum et actio actiue capiendo ē est genus generalissimum predicamenti actionis z passio in prima acceptione predicamēti passionis sed queris quomodo debet exerceri predicatio generis istius predicamenti de suis inferioribus dico q dupliciter q nomina vel per verba. Per nomina dupliciter abstracta vel concreta non distinguendo nomen a participio hoc patet dicendo calefactio est actio vel calefaciens est agens per verba hoc modo q calefacit agit suomodo dicas de passione pro predicamento vbi. Notā duz est q modus significādi eius est significare rem in loco esse. et ex hoc sequitur q termini qui in isto predicamēto ponuntur non sunt incompleti. Hoc patet nā si queratur vbi est sortes conuenienter Respōdetur q est in'

aula: ergo ens in aula est aptū responsiuum ad questionem facta3 de prima substantia per interrogatiuū ist⁹ predicamenti ⁊ est terminus complexus: ergo propositum ¶Et parum esset dicere q capitur locovnius termini incōplexi eodem modo significantis quia non adeo bene per tale incomplexum sicut per istum complexu3 fit explicatio neq3 incomplexio requiritur advniuersale nisi pro quatuor primis predicamentis que principaliora sunt: sed quia hoc videtur gratis dictum et nō stare cum dictis philosophi in vltimo capitulo primi tractatus neq3 cum his que ibide3 diximus melius est dicere id quod minus bene dictum videbatur. patet ex dictis modum significandi vnius predicamenti includere modum significandi alterius. ⁊ si nō in recto in obliquo tamen. nā iste terminus aula est quarte speciei qualitatis. et hoc totum ens in aula vel existens in aula est terminus istius predicamenti vbi verum sīm reales aduertendum est q duplex ē vbitatio quedam actiua alia passiua vbitatio actiua ē relatio extrinsecus aduenies existens in loco circūscribente corpus aliquod vel locatum a qua denominatur locus vel circūscribens ⁊ relatio ei correspondens in corpore locato seu circunscripto dicitur vbitatio passiua et ambe relationes ad istō predicamentum vbi vt placet scoto in quotliberto questione vndecima. articulo primo. pertinent⁊ si dicas eadem ratione debuissent poni actio ⁊ passio in eodem p̄dicamento potuissent quidem sed nō placuit aristoteli sic philosophari ¶Pro predicamento quando aduerte omnino eodem modo esse dicendum sicut dixim⁹ paulo antea de vbi hoc dēpto q ibi dicebamus de loco hic dicendum est de tempore ⁊ ea que promisimus de tēpore et loco in predicamento quantitatis in isto capitulo explicare propter brevitatem alibi dicentur. In predicamento habitus ponuntur termini conotantes aliqd adiacere vel circūstare aliud tanq̄ habitum vel ornatum sicut vestitum indutum ornatum hoc scōm nominales ⁊ scōm reales relationes ille que sunt inter tales rem⁊ rem cui adiacet ¶In predicamento vero situs ponuntur termini de formali significato importantes ordinem partium inter se sicut sunt. isti termini iacere stare asperū lene ⁊ huiusmodi ꝛz vero reales ordo ille partiu3 inter se qui est relatio extrinsec⁹ aduenies est ist⁹ predicamenti genus tractare autem an ista predicamēta important res distinctas ab absolutis vel ne est idē ac si tractaretur de distinctione relationis extrinsecus aduenientis an distinguatur ab absolutis vel nō q alibi fecimus. Vltimo notandum est q vt antea meminimus si non sunt dabiles nature cōmunes non potest dici q res in predicamento ponantur. si vero sint dabiles nomine esset questio an res vel termini in predicamento ponantur sicut est an res vel termini predicentur vel subiiciantur de sufficientia predicamentorum. ¶Notandum est q scōm reales sicut nō omnis res absoluta ponitur in predicamento aliquo istorum decem: vt patet de deo ita nec omnis res respectiua vt patet per scotum in quarto distinctione sexta ⁊ certum est scōm nominales nō omnes modos significādi includi in istis decē predicamentis facile em̄ est ymaginari alios modos significandi sed de istis quos attribuimus istis decē predicamentis philosophus fecit specialem tractatu3 q3 sunt magis in vsu vel quia magis deseruiūt ad superos disciplinas et hec de isto capitulo. ⁊ per consequēs de toto secundo tractatu. ¶Sequitur textus tract⁹ de post predicamentis.

¶Sequitur textus;

¶Tractetus terti⁹ de post predicamē tis cuius sunt. v. ca. ¶a. primum de oppositione quadruplici.

¶Dicitur autem alteruz alteri opponi quadrupliciter. aut vt ad aliquid aut vt contraria aut vt habitus et priuatio aut vt affirmatio et negatio. ¶Opponitur vnū quodq3 istorū vt sit figuratim dicere vt relatiua vt duplum dimidio vt contraria vt bonū malo. vt secundum priuationem et habitū vt cecitas visiuus vt affirmatio ⁊ negatio sedet non sedet.

¶In ista parte determinatur de aliquibus que consequūtur predicamenta ⁊ sunt quinq3 scz oppositio prius simul motus habere tractando de oppositione duo facit philosophus. ¶Primo enumerat species oppositionis Scdo determinat in speciali de vnaquaq3 earuz ⁊ quia littera est clara ponam sententiam per propositiones ¶Prima est: dicendū est q3 modis aliquid alteri opponitur vel q3 sunt species oppositionis. Secunda est quadruplex est species oppositionis scilicet oppositio relatiua contraria ⁊ priuatiua et contradictoria et declarat philosophus exemplariter istas oppositiōes dicens relatiue opponūtur duplum dimidium contrarie bonum et malum priuatiue vero sicut visus et cecitas contradictorie vero sicut sortes seder: sortes nō seder.

¶Sequitur textus.

¶Quecūq3 igitur vt relatiua opponū tur ea ipsa que sunt oppositorum dicuntur. aut quomodolib3 aliter ad aliquid vt duplum dimidio hoc ipsum quod ē alterius dicitur alicuius enim duplum dicitur. sed et disciplina et disciplinatū tanq̄ relatiua opposita sunt. et dicitur disciplina eo q est disciplinati sed et disciplinatum dicitur hoc ipsuz quod est ad oppositum ideſt ad disciplinam. disciplinatum enim aliquem dicimus disciplina disciplinatum. quecunq3 ergo opposita sunt tanq̄ ad aliquid et ipsa que sunt aliorum dicuntur vel alio quolib3 modo ad seinuicem

¶In hac parte philosophus facit scz3 q3 diximus ⁊ primo determinat de relatiua oppositione dicens quecunq3: igitur. vt relatiua opponuntur ea ipsa que sunt oppositorum esse dicuntur autem quomodo aliter ad aliud ideſt illa opponuntur relatiue que adinuicem referuntur sub habitudine obliqui casus vt duplum dimidium pater ⁊ filius disciplinatum disciplina. cetera patent in littera. ¶Notandum est primo q ad relatiue opposita multa requiruntur. requiritur primo q sint relatiua scz relatium ⁊ correlatiuum. ¶Requiritur secundo

q nō possint simul ⁊ semel de eodez verificari respectu eiusdem ⁊ sīm eandem rationem vnde pater ⁊ filius sunt relatiue opposita: nō enim possunt simul ⁊ semel verificari de eodem respectu eiusdem nō enim stat q ideꝫ sit filius ⁊ pater eiusdem dicitur sīm eandem rationem q3 idem potest esse magister ⁊ discipulus respectu eiusdē. vt si sortes doceat platonem Geometriam ⁊ plato sortem. Theologiam ⁊ similiter intellectus respectus sui ipsius est actiuum ⁊ passiuum ⁊ tamen alia ⁊ alia ratione in eōdem potest agere dicitur actiuum ⁊ in eōdem potest in se suscipere suam operationem dicitur passiuum ¶Ex his patet q nō omnia que sunt relatiua3 ⁊ correlatiuum opponūtur relattiue vt patet de omnibus relatiuis equiparantie cetera autez omnia relatiua opponūtur: patet etiam quomodo philosophus in littera tātū posuit vnum de his que ad relatiuam oppositionem requiruntur.

¶Sequitur textus.

¶Illa vero que opponuntur vt cōtraria ea ipsa quidma que sunt nullo modo ad seinuicem dicuntur. Cōtraria vero sibinuicem dicuntur. Neq3 enim bonum mali dicitur bonum sed contrariū nec album nigri album sed contrarium Quare differūt iste oppositiones iuicē Quecunq3 vero contrariorū talia sunt vt in quibus nata sūt fieri et de quibus predicantur necessarium sit alterum ipsorum ineſſe horum nichil est medium quorum vero non est necessariuz alterū ineſſe horum omnium ē aliquid mediū vt egritudo ⁊ sanitas in corpore animalis nata sunt fieri. et necesse est alterum ipsorum ineſſe animalis corpori vt egritudinem aut sanitatem. et par quidem ⁊ impar de numero predicātur. ⁊ necesse est horum alteruz numero ineſſe vel par. vel impar. ⁊ non est horum aliquod medium neq3 egritudinis neq3 sanitatis neq3 imparis neq3 paris. quorum autem non est necessarium alterum ineſſe horum est aliquid medium. vt album ⁊ nigrum in corpore natum est fieri. ⁊ nō est necesse alterum eorum ineſſe corpori nō enim omne corpus vel albū vel nigrum est. sed ⁊ prauum ⁊ studiosum predicatur quidē de homine ⁊ de aliis pluribus. non est autem necessarium alteꝫ ineſſe his de quib⁹ predicantur. non em̄ omnia aut prauа sunt aut studiosa sunt sed est aliquid eorum medium. vt albi ⁊ nigri. fusci ⁊ pallidum ⁊ quicūq3 alij colores. ¶praui vero ⁊ studiosi quod neq3 prauū neq3 studiosum ē. In aliq̄bus q̄dem medietatibus posita sūt nomina vt albi ⁊ nigri rubeū ⁊ pallidum in aliq̄bus vero non ē nominis assignare medietatē. Utriusq3 vero negatione diffinitur vbi quod nec bonū nec malū ē nec iustū nec iniustū.

¶In hac parte philosophus determinat de oppositione contraria ⁊ dicit illa vero que vt contraria sunt ⁊ ipsa quidem que sunt nullo modo altorum dicuntur ad seinuicem: id est illa que opponūtur contrarie non opponūtur relatiue intellige in eōdem huiusmodi et probāt hoc ait contraria vero sibi inuicem non dicuntur. id est non referuntur ad seinuicez sub habitudine obliqui casus sicut relatiua q3 patet: bonum non dicitur mali bonum sed potius contrarium ⁊ album non dicitur nigri album sed potius cōtrarium: ergo oppositio relatiua ⁊ oppositio contraria que scōm nominales sunt termini qui sic vel sic opponūtur non sīm eādem rationes: quia non inconuenit sīm diuersas significationes eosdē terminos contrarie ⁊ relatiue opponi. sīm vero reales oppositio relatiua relatio est fundata in vna relatione determinata ad aliam ⁊ ille due non possunt eidem simul ⁊ semel respectu eiusdem ⁊ scōm eandem rationem cōuenire. oppositio vero contraria quid sit scōm nominales dictum est antea scōm vero reales capiendo illam pro substracto est qualitates vel forme incōpossibiles si vero capiatur p̄ per se significato ē relatio fundata i vna forma ⁊ terminata ad formam ei incompossibilem hoc autem est q3 philosophus intendit in prima parte istius textus: sequitur consequēter in littera philosophi contrariorum diffinitio ⁊ dicit quecūq3 vero contrariorum sunt talia vt in quibus nata sunt fieri de quibus predicantur necessarium sit alterum eorum ineſſe nichil medium eorum est: id est cōtraria dicūtur que sic se habēt q3 subiecto susceptibili dato necesse est vnum illorum ei ineſſe quorum vero non est necessarium alterum ineſſe horum contrariorum nō aliquid est medium: id est illa vero que sic se habent q3 subiecto susceptibili dato non est necesse aliquod eorum ei ineſſe contraria nō sunt et ponit exemplum philosophus de primis dicens vt sanum ⁊ egrum respectu animalis necesse est vnum illorum ineſſe ⁊ par ⁊ impar respectu numeri: sed non sic se habent ista prauum et studiosum nam stat q3 aliquid sit nō prauus nec studiosus: similiter album et nigrum sic se habent respectu corporis: nam stat q3 corpus non sit album nec nigrum sed in talibus ē dabile medium cui quidem medio aliquando est nomen impositū: aliquādo vero non. verbi gratia: si sortes non sit albus nec niger sed fusco vel rubeo colore colorat⁹: sed medio inter iustum ⁊ iniusto non est nomen impositum sed circūloquimur illud medium per istud complexum neq3 iustum neq3 iniustum ⁊ hec est sententia textus philosophi ¶Notandum est primo q3 vt patet ex antedictis iste terminus contraria potest capi dupliciter prime ⁊ secūde intentionaliter. capiendo illum prime intentionaliter adhuc dupliciter. ¶Uno modo pro contrarijs immediatis vel mediatis. alio modo pro immediatis tātum. cōtraria vero immediata dicūtur que sic se habent q3 si inrerum natura fuerit subiectum susceptibile eoruz non

stat quin aliquod eorum ei insit sm se vel in specie simile vel scom aliam in speciez ei similem q additur quia licet calor z frigus/a/t/b/contraria sint immediata et equa sit susceptiua/a/t/b/stat tamen aquam nullam illarum habere poterit enim esse calida vel frigida, alia caliditate vel frigiditate mediata vero contraria sunt qualitates incopossibiles opposito modo se habentes sicut philosophus dicit de albedine et nigredine. secunde vero intentionaliter capiendo contraria termini sunt has vel illas qualitates conotantes. et aduerte q non intendit philosophus dicere par z impar cotraria sine capias terminos materialiter vel personaliter prime vel secunde intentionaliter quia certum est par et impar non esse contraria sed posunt illud exemplum ad ostendendum aliqua esse que sic se habent q necesse est eorum vnum suo subiecto conuenire. Secundo notandum est q questio est an sanitas z egritudo sint contraria imediata: sed dicendum est q iste terminus egritudo capitur dupliciter. Vnomodo p quacunq; dispositione per se z immediate ledente sensibiliter vel insensibiliter operationes viuentis que non potest remoueri ad placitum. Alio modo accipitur pro tali dispositione sensibiliter ledete operationes viuentis: sanitas accipitur dupliciter. Vnomodo pro dispositione que opponitur egritudini in prima significatione. Aliomodo que opponit egritudini in secunda significatõe. Primo modo capiendo inter egritudinem z sanitatem nõ est dabile medium quia vel operationes viuentis leditur vel nõ: si sic animal est egrum si nõ est sanum. si secundo modo capiatur stat q inter sanum z egrũ detur medium: videlicet quando operationes animalis nec notabiliter ledũtur nec bene perficiuntur. z hec est resolutio Jacobi de forliuio prima primi questione secunda Galenus primo minoris artis dicens medicinam scire tiam sanorum egrorum z neutrorum cepit terminos secundo modo Aristoteles vero primo modo. ex quo patet questionem esse de nomine et propterea benedixit Auicena prima primi doctrina pma dicit vero sic proprerea cum medicis in hoc non litigemus: adest de proposita questione nõ contendamus: nec enim sum qui cũ eis in huiusmodi disputare debeam neq; litigium hoc eis neq; illis qui contra eos sunt in medicina auxiliabitur quia licet ad medicum pertineat quãlibet dispositionem humani corporis considerare nõ tamen qualiter debeat nominari: sed hoc ad aliam scientiam pertinet solet dici tractando de compossibilitate qualitatum contrariarum q dictum philosophi debet intelligi cum ista limitatione videlicet q dato subiecto susceptibili duorum contrariorum nõ potest illud subiectum sine aliquo illorum reperiri per tempus quia per instãs nõ est inconueniens vt patet de aqua calida vniformiter que seipsam ad frigiditatem reducit tenendo qualitates contrarias in nullis gradibus compossibiles sed hoc est physicum ratio tamen dicti philosophi est quia in talibus contrariis nunq; agens corrũpit vnum quin pducat alius nec econtra q de contrariis mediatis verum non habet.

¶ Sequitur textus.

¶ Priuatio vero et habitus dicuntur quidem circa idez aliquid. vt visio z cecitas circa oculum. Vniuersaliter autẽ dicere est in quo nascitur habitus fieri. circa hoc dicitur vtrũq; eorum ordine. Priuari vero tũc dicimus vnũquodq; habitus susceptibilium quando id ad quod natum est habere nullomodo habet. Edẽtulum enim dicimus nõ quod non habet dentes. nec cecum quod non habet visum. sed quod quando contingit habere non habet. Multa eñ ex natiuitate neq; dentes habent neq; visionem. sed non dicuntur edentula neq; ceca.

¶ Consequenter philosophus determinat de oppositione priuatiua z dicit. Priuatio vere z habitus dicit quidem fieri circa idem aliquid vt visio z cecitas circa oculũ: idest priuatiue opposita nata sunt fieri circa idẽ vt visio z cecitas circa oculum ordine quodam q declarans subdit vniuersaliter autem dicere est in quo nascitur fieri habitus circa hoc dicitur vtrũq; eorum ordine: id est ad priuatiue opposita requiriturq; id qõ se habet vt habitus natum sit primo inherere cũ priuatio et sequitur probatio eius priuari enim dicimus vnũquod q habitus susceptibilium quando id quod natũ est habere: nullomodo habet: idest nunq; aliquid dicitur priuari habitu nisi priusquam illo tempore pro quo natum est habere talem habitum. edentulum enim non qui non habet dentes neq; cecum non qui non habet visum sed illum qui quando contingit habere nõ habet: id est sed ille dicitur edentulus vel cecus non qui non habet dentes vel visum sed qui non habet quando debet habere quedam enim generationes fiunt que neq; dẽtes neq; visum habent: id est quia puer sine dentibus nascitur z catulus sine visu nichilominus nec iste cecus nec ille edentulus dicitur nisi careat visu vel dentibus tempore quo debet habere.

¶ Sequitur textus.

¶ Priuari vero z habere habitum nõ est habitus. z priuatio. habitus enim visus est. Priuatio vero cecitas. habere autem visum non est visus. Nec cecum esse cecitas. Priuatio enim quedam est cecitas. Cecum vero esse priuari nõ priuatio est. nam si idem esset cecitas z cecum esse vtraq; de eodem predicarent. nunc vero minime. Sed cecus quidem dicitur homo. cecitas vero nullo modo dicitur. Oppoi quidem z ista videtur priuari scz habere habitum. quẽadmodum priuatio z habitus. Idẽ enim modus est oppositionis. Naz sicut cecitas visui opposita est sic cecum esse z visuz habere oppositum ẽ. Non est autem neq; hoc quod sub affirmatiõe z negatione iacet affirmatio et negatio. Affirmatio namq; oratio affirmatiua est. Et negatio oratio negatiua est. Horum vero que sub affirmatione z negatione sunt, nulla est oratio. Concedantur autẽ etiã hec esse opposita alterutrius tãq; affirmatio z negatio. Nam z in his modus opinionis idez est. Sicut enim affirmatio aduersus negationem opposita est. vt quod sedet ei quod nõ sedet. sic res que sub vtroq; est. id est sedere ad non sedere.

¶ In hac parte philosophus dicit hoc in sententia. littera enim clara est habitus z habere habitum non sunt idem similiter priuatio z priuari nõ sunt idem quia visus est habitus z habere visum non est visus et cecitas est priuatio et tamen habere cecitatem non est cecitas quia tunc de quocunq; diceretur cecus diceretur cecitas qõ est falsum: naz homo dicitur cecus z non dicitur cecitas Cõsequenter philosophus remouet quandam dubitationez dicens i sententia q licet ita sit q habere habituz z habitus non sunt idem similiter nec cecitas et habere cecitatem seu cecuz esse nichilominus tamẽ etiam relatiue opponuntur cecum esse et habere visuz sicut cecitas z visus pro probatione istius dicit arguẽdo quasi a simili licet ea que sunt sub affirmatione z negatione non sint affirmatio vel negatio nichilominus eodem modo opponũtur sicut affirmatio et negatio ergo eodem modo in proposito licet habere visum et visus non sint idem sicut nec cecitas z non habere visuz eodem modo opponuntur habere visum z non habere visum sicut cecitas et priuatio: maior patet: quia affirmatio ẽ oratio affirmatiua: z negatio oratio negatiua: ea tamen que sub affirmatione z negatione sunt huiusmodi non sunt. Minor patet: quia sicut sortes sedet et sortes non sedet sunt contradictoria. ita sedere z non sedere contradictoria sunt. Pro maiore intelligẽtia istorum que dicta sunt, Notandum est q in presentiarum priuatio non accipitur pro carentia alicuius rei in subiecto habente aptitudinem ad illam nisi sit carentia p tempore quo res que dicitur priuari deberet inherere declaratur hoc sic puer nõ dicitur priuatus loquela: si ante tempus in quo natura solet concedere. loquelam non loquatur. verum si post non loquatur dicetur priuatus loquela: quia tunc carebit loquela tempore quo ei debebat inesse q sic est intelligenduz in individuo tali speciei reperitur causa sufficiens locutionis tali tempore nisi impediatur vel destruatur. et propterea dicit Aristoteles q catulus non dicitur cecus ante nonum diem quia natura vt in pluribus non solet priebere visum catulis ante nonum diem. sicut dictum est de locutione: sed dices videtur q sic: quia pro locutione nõ est a natura determinatum tempus. vnde Aristoteles vndecima sectione probleumatuz. vigesimo septimo probleumate. querit rationẽ: quare est aliquos pueros ante tempus quo ceteri homines loqui consueuerunt loqui z voces formare: vt narrat in cõmento conciliator sm Hali habenragel quidam puer filius cuiusdam regis Arabum post viginti quatuor horas ab hora natiuitatis locutus est et multa prophetauit in futuro q idez cõciliator existentie mercurij inascente attribuit. verum vndecunq; hoc contingerit. si verum fuit dicendum est q cause alicuius effectus possunt in aliquo accelerari z in aliquo retardari. vnde in vno effectus ponetur inesse citius cũ regulariter in alijs poni soleat et in alio tardius. Secundo notandus est q oppositio relatiua sunt termini quorum vnus conotat aliquem habitum z alter illius carentiam cum determinatione superius adiecta sicut sunt isti termini cecus et videns. ex quo patet q in proposito non capitur habitus vt in moralibus videlicet pro habitu ex actibus derelicto in similesq; actus inclinante: sed pro quacunq; dispositione vel potentia: sed queris nunquid visus z cecitas dicerentur priuatiua oppositio dico q sic. sed nõ sunt synonimi cum istis cecus z videns. vnde notandus est q sicut homo non dicitur visus: sed videns ita non dicitur cecitas: sed cecus z ratio est. quia sicut visus est precise illa pars habens dispositiones requisitas ad exercendum actum videndi: ita cecitas est precise illa pars que nata est habere talem dispositionem sic igitur patet quomodo sicut ista est falsa sortes est visus: quia totum non est sua pars: ita etiam simili ratione ista est falsa sortes est cecitas patet etiam veritas dicti philosophi q habitus z habere habitum non sunt idem necesse cecuz z cecitas qõ potest dupliciter intelligi vnomodo q isti termini visus z videns non sunt synonimi nec conuertibiles nec isti cecus z cecitas: z hoc est verum Alio modo q non est idez dicere de aliquo q est cecus z est cecitas/nec q est videns z est visus z hoc est verũ z sic patet textus intelligentia sm principia nominalium sm vero reales dicendum est q habere habitum est res habens habitum: z certum est q illa non est habitus z habere cecitatem non est aliud q animal cecũ: z animal cecum non est cecitas quia cecitas nichil est animal cecum est aliquid: z si dicas ergo ista est falsa cecitas est cecitas: quia extrema pro nullo supponũt distinguo q pro nullo supponant vel pro nullo entre positio seu ille habitus: sed ego non video quomodo ista concedatur antichristus est non asinus nisi verbum absoluatur a tempore: sed adhuc restat declarare vnam aliam particulam textus quomodo sedere z non sedere contradicunt: dico q contradicunt incomplexe z dicuntur esse sub affirmatione z negatione pro quanto sequuntur ad affirmationem vel negationem cum constantia sm viam realium res significate per extrema dicuntur sub affirmatione z negatione esse in quantũ significantur per affirmationem z negationem contradictoria possunt dici cõtradictoria Sed notandum est q textus iste multum fauet Gregorio. questione prima prologi. articulo primo. de complexis significabilibus quia philosophus dicit q habitus non est habere habitum neq; cecitas est esse cecum. vnde videtur innuere q significatum totius propositionis non est idem cum significatis partiũ ex omnibus que dictimus patet quomodo in via nominalium non oportet vt saluetur secũdum eorũ principia textus philosophi ire ad hoc q ille

terminus cecitas est terminus secūde intentionis supponens pro conceptu mentis nam certum est q nunc̄ philosophi vsi sunt termino in ulla significatione ꝛ Genesis decimonono scribitur angelos hospitatos in domo Lot habitatores ciuitatis cecitate percussisse ꝛ Regū quarto capite sexto ad preces elisei deus percussit cecitate milites regis Syrie deuteronomij etiam vigesimo octauo inter maledictiones quibus diuine legis transgressores maledicendi erāt cecitas computatur constat in nullo istorum passuum capi istum terminum cecitas pro conceptu mentis. ¶ Sequitur textus

¶ Quoniam autem priuatiōr habitus non sic opponuntur nec ad aliquid manifestum est. neq; enim visus hoc ipsius quod est oppositi dicitur. visus enim nō est cecitatis visus, nec vllo alio modo. Similiter autem neq; cecitas dicitur visitionis cecitas. Sed priuatio q̄dem visionis cecitas dicitur. ¶ Cecitas vero visionis non dicitur. Amplius ad aliquid omnia reciprocatiua dicūtur. Quare si cecitas horum que ad aliquid sunt. est et vtiq; ꝛ conuerteretur ad illud ad quod dicitur sed non conuertitur. neq; enim dicitur visus cecitatis visus. Quoniam autem neq; vt contraria opponūtur que secundum priuationem dicuntur ꝛ habitum. Ex his manifestum est. Quorum enim contrariorum nihil est mediuz necesse est in quibus fieri nata sunt. aut in quibus predicari alterū ipsorum inesse semper. Horum enim nihil medium erat quorum alteruz inesse susceptibili necessarium est. vt in langore ꝛ sanitate ꝛ habundantia ꝛ perfecto. quorum vero aliquid medium est nunc̄ necessitas est omni eorum in susceptibili alterum esse. neq; enim omni necessitas est susceptibili vel candidum vel nigrū esse. neq; frigidum vel calidum. horum enim medium aliquid nichil esse prohibet. horum autem mediuz aliquid erit quorum alterum inesse susceptibili necessariuz non est. Preterea quib⁹ vnū inest naturaliter. vt igni caliduz. ꝛ niui candiduz esse. In his autem ꝛ determinate necessario alterum esse ꝛ non alterum contingit. nō enim possibile est ignē frigidum esse neq; niuem nigram.

Quare omni quidem susceptibili inesse necessarium non est. Sed solis quibus naturaliter vnum inest. Et his determinate vnum nō alterutrū contingit. In priuatione autem ꝛ habitu nichil horū que dicta sunt verum est. nec enim semper alterum eorū inesse susceptibili necessarium est. Quod enim ad videndū nondum naturam habet neq; cecum neq; visum habens dicitur. ideoq; hec talium non erunt contrariorum quorum nihil est medium. Sed neq; quorum ē medium. Necessarium enim omni erit susceptibili alterum eorum inesse. Quādo enim iam ad habendaz visionem natum fuerit. aut cecum aut visum habēs dicetur. Et horum non determinate alterum sed alterutrum contingit. In cōtrarijs autem quibus medium est nunc̄ necessarium fuit omni alterum esse susceptibili. sed quibusdaz ꝛ his determinate vnum. Unde palam est q secundum neutrum modum tanc̄ contraria opposita sunt ea que secūdum priuationem ꝛ habitum opponuntur. Ampli⁹. In cōtrarijs quidē existēte susceptibili in alteruz mutationē fieri possibile ē nisi alterum naturaliter insit. vt igni calidum. nam quod sanum ē languere possibile ē. ꝛ candidum nigrum fieri. ꝛ calidum frigidum. ꝛ ex studioso prauum. ꝛ ex prauo studiosū fieri possibile ē. Prauus enim ad meliores exercitatiōes deductus. ꝛ ad doctrinas vl' ad modicum aliquid proficiat vt melior fit. Si vero sēper vl' modicum cremētum sumpserit. palā ē quia aut perfecte mutabitur aut satis multū crementum sumet. Si enim bñ mobilior ad virtutem fiet vel quodcunq; crementum sumpserit a principio. ꝛ ex hoc etiam verisimile est ap̄ eum sumere crementuz. dum ꝛ hoc sic per fit perfecte in contrarium habitum restituetur nisi forte sit tempore suspensum. Verum in priuatione ꝛ habitū impossibile est in alterutrum mutationez fieri. ꝛ ex habitu in priuationē mutatio fit. A priuatione vero in habitu impossibile est. Neq; cecus factꝰ rursus vidit. neq; cum caluus esset rursus comatus factus est. Neq; cuz sine dentibus esset dentes eiterum orti sunt.

¶ In hac parte philosophus ostēdit priuatiue opposita non opponi relatiue nec etiam contrarie ꝛ quia littera philosophi clara est satis est eius mentem per propositiones ponere. sit igitur prima propositio priuatiue opposita non opponuntur relatiue: probatur duplici ratione que equialenter est vna relatiue opposita referūtur adinuicē sub habitudine obliqui casus sed priuatiue opposita non sic referuntur: ergo priuatiue opposita non opponuntur relatiue: maior est nota et minor probatur: nam cecitas et visus seu cecus et videns priuatiue oponuntur tamen non mutuo referuntur: nō enim si cecitas est alicuius visus cecitas est et si visus est alicuius cecitatis visus est: nam quicquid sit de veritate prime secūda est falsa ꝛ in hoc cōsistit vis vtriusq; rationis philosophi. Secunda propositio est priuatiue opposita non opponuntur contrarie hoc patet omnia que contrarie opponuntur sunt contraria mediata vel immediata: sed priuatiue opposita non sunt huiusmodi: igitur. maior manifesta est ꝛ minor probatur: nā contraria immediata sic se habent q existente susceptibili necesse est ei vnum eorum inesse contraria vero mediata sunt quibus opposita conuenit cōditio huiusmodi sicut albedo ꝛ nigredo frigus et calor nō inconuenit subiectum susceptibile caloris ꝛ frigoris albedinis ꝛ nigredinis istarum qualitatum vnaquaq; carere nisi subiectum vnā earum sibi a natura determinet sicut ignis sibi calorem nix vero albedinem determinat: quia tunc nō dabitur tale subiectum sine aliquo illorū contrariorum opposita autem priuatiue nō sunt contraria immediata quia ante tempus a natura determinatum nō est necesse aliquod eorum inesse neq; sunt cōtraria mediata quia post illud tempus necesse est vnum illorum inesse q mediatis contrarijs minime conuenit: igitur relatiue opposita nō sunt opposita p̄trarie secundo ad idez sic arguit philosophus in contrarijs potest esse indifferenter mutatio de vno in aliud et econtra. nō autem sic est de priuatiue oppositis a priuatione namq; ad habitum minime est possibilis: igitur. maior patet: nam q ē calidum potest frigefieri ꝛ econtra ꝛ q est sanuz potest egrotare: similiter q est album potest nigrescere addit philosopus nisi quando subiectuz determinat sibi vnū istorum a natura. Notanduz est primo q priuatiue opposita insequendo principia nominalium sunt termini de quibus antea diximus qui quidem termini sm eandem significationem nō possunt esse priuatiue ꝛ relatiue oppositi. sive loquamur sm principia realium cuz relatiue opposita sint relationes disquiparantie vel illarum relationum fundamenta in actum actu fundant tales relationes ꝛ priuatiue opposita sic se habent vnū eorum nō esse aliquod positiuum: sequitur etiam priuatiue opposita nō esse relatiue opposita ꝛ suo modo dicē dum est de contrarie oppositis: videlicet illa nō coincidere cuz priuatiue oppositis vnicuiq; vie appropriādo sententiā suis principijs conformē. Notanduz est secūdo q aliqua sunt contraria immediata respectu vnius et nō sunt contraria immediata respectu alterius patz hoc calor ꝛ frigus sunt contraria immediata respectu ignis et nigredo ꝛ albedo respectu nuis et tamen non sunt contraria immediata respectu aliorum: nam tenēdo quārtatem distinctam a re quāta respectu eius nulla sunt cōtraria immediata et siue teneatur hoc siue nō multa sunt mixta quorum naturis nō repugnat per tēpus manere sine calore ꝛ frigore: albedine ꝛ nigredine Verū ex hoc q dicit Aristoteles q ignis nō potest eē sine calore potest sumi argumentum ad aliter iudicandum de multis naturalibus q̄ cōmuniter iudicetur: sed de his satis in libris de generatione diximꝰ. Tertio nō tandum est q ante tempus determinatum a natura catulus nō dicitur cecus nec videns: ꝛ sic iaz datur susceptibile oppositorum priuatiue ꝛ nullius inest ei: istud tamen tempus (licet non sit presentis speculationis) nō in omnibus catulis equale est: nam quidam non aperiunt oculos vsq; post duodecim dies post natiuitatē eorum et isti sunt canes lepozarij. vnde quando catula lepozaria impregnatur per sexaginta dies q tempus est sexta pars anni eius catuli regulariter manent nō videntes duodecim diebus: quedam vero catule septuagies duobus diebus quod tempus est quinta pars anni impregnantur ꝛ eius catuli nō aperiunt oculos vsq; post quatuordecim dies a natiuitate eorum quedā vero catuli impregnantur tribꝰ mensibus q̄ tempus est quarta pars anni ꝛ eius catuli nō aperiunt oculos regulariter vsq; post decem ꝛ septem dies ab eorum natiuitate ista sunt miranda secreta nature: quorum causa non ē in presentiarum inuestigāda. Quarto notandum est q ista propositio in via nominalium ab habitu fit in priuationez in mutatio debet sic intelligi terminus priuatiuus incipit verificari de aliquo postq̄ terminꝰ et oppositus verificabatur de eo ꝛ hoc patet: nuz aliquis incipit esse cecus postq̄ fuit videns: ꝛ ille sensus etiaz est verus sm omnem viam sed sm principia realium propositio philosophi potest habere hūc sensum aliquod subiectum postq̄ habuit aliquem habituz adquisiuit eius priuationem quod nō proprie diceretur in via nominalium ad intentionem realium qui nō concedunt priuationem subiectum priuatum q̄ tamen nominales concedunt. Quinto notandum est q a priuatiōe dicit Aristoteles nunc̄ fieri regressum in habitum. verbi gratia si quis fuerit priuatus visu nunc̄ poterit iterum habere visum quod potest intelligi dupliciter. Uno modo si perdiderit oculum: alio modo licet non perdiderit corpulentiā oculi nichilominꝰ est p̄uatꝰ illa dispositiōe naturali que requiritur ad videndum et qualitercunq; sit dictum philosophi est verum: oculus namq; est de mēbris spermaticis nō solum quoad eius substantiam verum etiam quoad dispositionem requisitam ad exercēdum actum videndi in talibus autem membris abscisis vel deperditis recuperatio per naturam minime fieri potest. vnde vetustissimus ypocrates sexta particula aforismorum quando incisum fuerit os aut cartilago nec crescit nec conglutinatur et eozundem septima particula quibuscunq; os aut cartilago incisum fuerit in corpore non augetur intellige per naturam idemq; habet princeps Auicena quarta quarti. omnia namq; ista enumerata sunt membra spermatica: id est que tantum ex semine generari possunt. ex quo patet illuminationem cecī opus esse supernaturale ꝛ diuinuz. vnde cecus ille quem deus ꝛ redemptor noster vt habetur Johānis nono: illuminauit iudeis dixit a seculo nō est auditum q aperuit quis oculos ceci nati nisi esset deꝰ cuz illo. causa autez quare talia membra recuperationem nō patiuntur per naturam nō est in presenti inuestiga-

da sufficiat cognoscere per experientiam ita esse.

¶ Sequitur textus.

¶ Quecūqz vero tanq̄ affirmatio t negatio opponuntur palam est quia nullo predictoꝝ modo opposita sunt. In solis enim istis necessarium est semper aliud quidem eoꝝ verum aliud autē falsum esse. neqz enim in cōtrarijs necessarium est semper alterum verum alterum autem falsum esse. neqz in his que ad aliq̄d sunt neqz in habitu t priuatione. vt sanitas t langor contraria sunt. t neutrum neqz verum neqz falsum est. Similiter autem t duplum t dimidiū tanq̄ relatiua opposita sunt t nō est eorum neqz verum neqz falsum. Sed neqz ea que secundum priuationem t habitum sunt sicut visio t cecitas. Omnino autem eoꝝ que secundum nullaz dicuntur complexionem nichil neqz verum neqz falsum est. Vero omnia que dicta sunt sine complexione dicuntur. Sed maxime tale hoc contingere videbitur in his que secundum complexionem contraria dicuntur. Sanum namqz esse socratem ad languere socratem contrarium est. sed neqz in his alterum semper verum est alterum autem falsuz Cum enim socrates sit aliud quidez verum aliud autem falsum erit. Cuz vero non sit ābo falsa sunt. Neqz eī langere neqz sanum esse verum est cum ipse nō sit omnino socrates. In priuatione vero t habitu cum non sit neutrum verum est. Cum autem sit non alterum verum erit habere nāqz visum socratē ad id quod est cecuz esse socratem sicut priuatio t habitus oppositum est. Et cum sit necessarium non est alterum verum vel falsum esse. Cum enim nondum sit natus habere vtraqz falsa sunt t visum eum habere t cecum eum esse. In affirmatione t negatione siue semper sit. sive non sit. aliud quidem erit verū aliud quidem erit falsum. Languere nāqz socratem t non languere socratem cuz ipse sit palam est quia alterum eoꝝ verum alterum autem falsum est. Et cum non sit similiter. Languer etenim cum non sit falsum est. non languere autē verum. Quare in solis his proprium erit semper alterum eoꝝ verum alterum falsum esse quecunqz tanq̄ affirmatio t negatio sunt opposita.

¶ In hac parte philosophus determinat de contradictorie oppositis t quia littera non est difficilis ponam sententiaz per propositiones. Prima est que contradictorie opponuntur neq̄ opponuntur contrarie nec priuatiue nec relatiue probatur: nam que contradictorie opponuntur sic se habent q̄ necesse est vnum illorum esse verum t alterum falsum sed aliorum oppositorū nullum est verum vel falsum igitur propositio vera: maior patet per legem contradictoriarum neq̄ in presentiarum instandum est in insolubilibus. minor patet: quia quodlibet aliorum oppositorum incomplexum est nullum autem tale verū vel falsum est. Notandum est philosophum loqui de contradictione complexa que est inter propositiones sicut isti contradicunt sortes currit. sortes non currit. Et non de contradictione complexa que est inter terminos sicut iste contradicunt homo non homo alias non quodlibet contradictoriorum esset verum vel falsum. Secunda propositio est non solum hoc est verum de contrarie oppositis. similiter relatiue et priuatiue q̄ non oportet eorum aliquod esse verum vel falsum: verum etiam de propositionibus in quibus illa opposita predicant verbi gratia nō oportet aliquam istarum esse veram sortes est sanus: sortes est eger t ista sunt cōtraria que philosophus vocat sine complexionem dici: nam licet sorte existante vna illarum est vera t altera falsa quia sanum t egrum sunt contraria immediata non tamen necesse est vnam illarum esse veram t alteram falsam quia sorte non existente quelibet illarum est falsa propter non suppositionem terminorum: similiter sortes est pater: sortes est filius possunt esse simul false: similiter sortes est videns sortes est cecus nō solum quando sortes non est: sed etiam si sit ante determinatum tempus in quo natura debuit ei concedere visum. ex his patet quomodo philosophus vocat contraria relatiue priuatiue opposita complexa propositiones in quibus termini sic oppositi predicantur affirmatiue.

¶ Sequitur textus.

¶ Contrarium autem bono quidez ex necessitate malum ē. hoc autem per singulorum inductionem palaz est. vt sanitati languor. t iusticie iniusticia. t fortitudini debilitas. Similiter autem t in alijs. Malo autē aliquando quidez bonum est contrarium aliquando malum Egestati enim cū malum sit superabundantia contraria est cū sit etiam ipsa malum. Sz tale hoc quilibet inspicit i pau

cis. In pluribus vero semper bonū malo contrarium est. Amplius Contrariorum non necessarium est si alterum sit. t reliquum esse. Sanis namqz omnib⁹ sanitas idem erit langor vero non erit Similiter autem t cum oīs mali sit malicia quidem erit bonitas vero non erit amplius. Si socratem sanuz esse ad id quod est socratem languere cōtrariū est. cum vtraqz eidem ineſſe simul possibile non sit. cū alterū contrariorū sit t reliquum esse possibile nō erit Cuz eī sit socratem sanū esse t languere socratem nō erit Palā vero est q̄ circa idem aut specie aut gīe ꝓtrarietates naturā fieri hīt Lāguor namqz t sanitas i corpore aīal naturā fieri hīt albedo aūt t nigredo simpliciter in corpore Justicia vero t iniusticia in anima Necessarium autē est omnia contraria vel in eodem genere esse vel in contrarijs generibus vel ipsa genera esse. album enim t nigrum in eodem genere sit. Color enim eoruz genus est. Justici a vero t iniusticia i cōtrarijs generibus. huius nāqz virtus huius autem nequitia gen⁹ est. Bonuz vero t malum non in genere sunt sed ipsa sunt genera aliquorum existentia.

¶ In hac parte philosophus ponit quatuor conditiones contrariorum Prima est ista illud q̄ contrariatur bono malum est. sed non omne q̄ contrariatur malo bonum est. Prima pars patet inductiue: nam sanitas est aliquod bonum' et eius contrarium scilicet langor vel egritudo malum est. similiter iusticia est aliquod bonuz t etiam fortitudo t eorum contraria scilicet debilitas t iniusticia mala sunt. t sic patet: prima pars. Secunda probatur: nam defectui opponitur superhabundantia et vtrumq̄ est malum: igitur. nō omne q̄ contrariatur malo bonum est. ex his patet: philosophum intendere nunq̄ bonum contrariari bono. sed malum bene cōtrariatur malo. secunda propositio est non oportet q̄ si vnum contrariorum sit in rerum natura q̄ alterum sit: nam si omnia animalia essent sana et omnia corpora alba nec esset egritudo nec nigredo. tertia propositio est sicut non est possibile q̄ cōtraria simul insit eidē ita nō est possibile q̄ propositiones in quibus predicantur cōtrarij termini de eodem sint vere. verbi gratia: sicut nō est possibile pro eodem tempore languorem t sanitatē inherere sorti tanq̄ subiecto adequato ita non est possibile q̄ iste due sortes est sanus sortes est eger sint vere p eodem tempore. Quarta propositio est. Contraria nata sunt fieri circa idem scilicet numero specie vel genere vt patet per exemplum. quod philosophus ponit in littera. Ultima propositio est cōtraria omnia vel sunt in eodem genere vel in ꝓtrarijs generibus vel ipsa sunt genera: hoc patet albedo t nigredo sunt ꝓtraria t sunt sub eodem genere scz coloris t iusticia t iniusticia sunt contraria t sunt sub diuersis generibus iusticia quidez sub virtute t iniusticia sub vicio virtus autem et vicia sunt duo genera vel sunt diuersa genera sicut bonum t malum que sunt diuersa genera et contraria et nō sunt sub eodem genera pro istorum que dicta maiore intelligenda. Notandus est primo q̄ vt theologis moralibus placet multiplex est malus scilicet culpe et pene primū malum est id quod cuz recte rationis dictamini discordat et habet malum pene illud vocatur q̄ subiectū cui ineſt quiete quam alias haberet priuat primuz malum peccatum est secundum vero dolor tristicia langor timor et his similia in proposito non accipit bonum in prima significatione: sed pro vt se extendit ad omne natura conueniens in qua significatione sanitas gaudiū cum delectatione et generaliter honestum delectabile et vtile bona sunt et eis opposita mala clare hoc patet mentem esse philosophi est etiaz aduertendum fortitudinem dupliciter accipi. Uno modo pro habitu virtutis. Alio modo pro roboze corporis quas acceptiones subtiliter declarat ingeniosus martinus de magistris in prima questione de fortitudine vt ibidem ostendim⁹ in proposito capitur fortitudo ad vtramq̄ acceptionē communiter cum hec et illa fortitudo bonum sit quod dam debilitas vt vtriq̄ aduersatur capitur. Notandū secundo q̄ non oportet id qđ in proposito malum dicitur nullo modo bonum esse tunc namqz nichil esset malum cum vnumquodq̄ inq̄ntum ens bonum sit sed sufficit q̄ alicui disconueniens sit. ex his patet non solum in virtutibus aliquibus extremavitiosa opponi sicut i liberalitate prodigalitas auaricie in fortitudine timiditas audacie intemperantia bestialitas insensibilitati. verumetiam in his que corporalia sunt bona ideo res perites hoc patet: nam excessiuus calor vitaz extinguit febre nāqz sepe vita absorbitur t nimia frigiditas hominem necat vt de dormiente super niuem experientia monstrauit malum: igitur est frigus cum excessu t sine temperamento calor que mutuo sibi aduersantur verū ex hoc q̄ philosophus dicit semper bonum malo contrarium haud non egregie deducitur ex mente philosophi virtutem virtuti non ire contrariam. Notandū est secundo. ex secunda distinctione contrariorum haberi posse non esse per naturam impossibile omnes qualitates eiusdem speciei desinere esse q̄ fortassis de omnib⁹ verum non est quia fortassis philosophus non admitteret mundum sine elementis omnibus est etiaz aduertendum q̄ ex dictis philosophi etiam patet: non sufficere ad ꝓtrarietatē vt ipse de ea loquitur rex incompossibilitatem: sed multe alie conditiones requiritur vt q̄ possint eidem inherere successiue si loquamur de cōtrarijs prime intentionaliter si secunde intentionaliter loquamur requiriturq̄ possint successiue de eodem predicari requiritur etiam q̄ sint sub eodem genere vel sint genera vel in contrarijs generibus. Unde Notandum est q̄ quando quodlibet contentum sub vna specie contrariatur cuilibet contēto sub alia specie t sunt species eiusdem generis illa dicuntur contraria sub eodem genere contēta vt albedo t nigredo illa vero que sic se habent q̄ nō quodlibet contentū sub vno contrariat cuilibet contento sub alio sed aliqua sub illis contenta tali modo contrariantur talia dicūtur contrariorū genera et non sub aliquo genere q̄ vero sic se habent q̄ sunt

genera et quodlibet contentum sub vno contrariatur cuilibet contento sub alio sunt cōtraria genera declarantur hec exemplariter bonum et malum cōtraria genera non sunt: sed genera sunt contrariorum.non enīs cuilibet bono quodlibet contrariatur malum nec econtra vt facile est videri ideo bonum et malum non sunt genera contraria:licet sint genera sunt tamen contrariorum genera.nam datur aliqua species boni ꝛ etiam aliqua species mali et quodlibet sub prima contentum contrariatur cuilibet sub secunda contento: hoc patet de aliqua specie virtutis ꝛ vicio ei contrario ista tamē triangulus ꝛ quadrangularis figura genera contraria dicuntur triangulus enīs genus est continēs sub se species multas videlicet īsocheles scalenon ꝛ ortogoniū figura similiter quadrangularis genꝰ est continens sub se species multas quadrangulares altera parte longiorem ꝛ quadratum.ꝛ opposite sunt omnes triangulares figure omnibus quadrangularibus.et sic patet triāgulus ꝛ quadrangulare contraria esse genera philosophꝰ autem exemplificans de his que continentur sub contrarijs generibus dicit iusticia vero ꝛ īnsusticia in contrarijs generibus sunt huius quidem virtus huius qui dem nequitia genus est.ex quo habetur apparēter philosophum ponere virtutum connexionem alias nō omnis virtus esset vicio repugnaret nec dubito illud fuisse de mente philosophi ethicorum sexto versus finē. Ex his omnibus patet philosophum in presenti vocare cōtraria que sic se habent q quodlibet individuū speciei vnius contrariatur cuilibet individuo speciei alterius ꝛ talia contraria sunt sub eodē genere contenta ꝛ hoc loquendo de contrarijs prime intentionaliter loquendo tamen de contrarijs secunde intēctionaliter attribuenda est illa repugnantia terminorum verificationi.cōtraria vero genera sunt:genera sic se habētia q quodlibet sub vno contentum cuilibet sub alio contento repugnat contrariorum genera sunt quez si nō hoc modo se habeant aliqua tamen sub eis cōtenta hoc modo se habent:patet igitur. de primo postpredicamento scilicet oppositione in quo habetur oppositio quadruplex relativa privativa contraria et contradictoria:ꝛ quibus istaruz oppositio quelibet sīm vtriusqz vie principia cōueniat ꝛ quomodo philosophus nō comprehendit sub oppositione contraria omnes formas sibinuicem repugnantes nec sub oppositione privatiua omnem habitū cum sua carentia nec philosophus est de insufficientia arguendus nō enīs intendit adeo generaliter de oppositionibus loqui vt omnia quomodocunqz repugnātia sub oppositione de qua determinat comprehendat.

¶ Sequitur Capitulum secundū huius tertij tractatus.

Capitulum secundum quot modis dicitur prius.

PRius autem alterum altero dicitur quadrupliciter. prio quidem ꝛ proprie secunduz tēpus secundum quod scz antiquius alterum altero ꝛ seniꝰ dicitur. In eo q tempus amplius est ꝛ antiquius ꝛ senius dicit. Secundo autem q non conuertitur secundum subsistendi consequentiam. vt vnus duobus prior est. Duobus enim existentibus mox vnuz esse consequēs est. Uno autem existente duo esse non necessarium est. Non idcirco ab vno cō sequentia vt reliquum sit conuertitur. Prius autem illud esse videtur a quo non conuertitur in eo quod est esse consequentia. Tertio vero secundum ordinem quendam prius dicitur.quēadmodum ꝛ in disciplinis et in orationibus. Nam ꝛ in demostratiuis disciplinis est prius ꝛ posterius per ordinem. Elemēta enim in geometrica priora sunt his q̄ per ordinē describuntur. Sed ꝛ in grāmatica elementa syllabis priora sunt. Et in oratione similiter. Prohemium prius est narratione per ordinem. Amplius vero. Supra ea q̄ dicta sunt quod melius ꝛ honorabilius est prius esse videtur. Consueuerunt etiaz plurimi honorabiliores ꝛ magis dilectos a se priores apud se dicere. Est quidē pene alienissimus priorum hic modꝰ. Modi ita qz qui dicti sunt de priore isti sunt. Videtur autez preter eos qui dicti sunt alter esse prioris modus. Eorum eīn que conuertunt secūduz essentie consequentiam quod alteri quomodolibet causa est digne prius natura dicitur. Quaeve ro quedam sunt huiusmodi palam est. Esse nāqz homini secundū essentie cō sequentiam ad veraz de se conuertitur orationem. nam si homo est oratio qua dicitur quia homo est vera est. ꝛ homo cōuertitur quia est.nam si vera ē oratio qua dicitur quia homo est hominē esse necesse ē.ꝛ vera quidez oratio nequaq̄ causa est q sit res. Verūtn res quodāmodo causa videtur vt sit vera oratio, Dū eīn res est aut non est vera aut falsa dicatur oratio necesse est. Idcoqz secundum.v.mons priꝰ alt' rū altero dicitur.

¶ In hac pte phūs determinat de secūdo post p̄dicamento: scz de priori ꝛ sentētia textꝰ cōsistit in sequētibꝰ propositionibꝰ. Prima est multis a modis aliquid dicitur priꝰ altero. Unomō sīm tēpꝰ: vñ id dicitur sīm tempus prius quod fuit i tempore quod precessit tēpus in quo aliud fuit: nec requiritur ad istam priozitatem q prius ꝛ posterius sint vel fuissent simul in eodem tempore:sed satis quod tempus in quo fuit vnum precesserit totum tempus in quo fuit aliud quo modo pater est prior filio loquimur de patre ꝛ filio increatis. Secūda propositio est:illud dicitur prius altero secundo modo a quo non conuertitur subsistendi consequentia. verbi gratia bene sequitur:duo sunt ergo vnum est.econuerso autem minime sequitur. videlicet vnum est ergo duo sunt Tertia propositio est.tertio modo aliquid dicitur prius altero ordine sicut in disciplinis principia priora sunt conclusionibus ꝛ prohemium prius est narratione. Quarta propositio est:quarto modo id dicitur esse prius q̄ nobiliꝰ est Quinta propositio quando aliqua sic se habent quod ab vno ad aliud est bona consequentia ꝛ econtra nichilominus tamen vnum aliquo modo est causa alteriꝰ illud quod est causa dicitur esse prius exemplum huius sicut veritas propositionis et ita'esse a parte rei sicut propositio significat.nam si ita est a parte'rei,propositio est vera ꝛ si propositio est vera ita est a parte rei sicut propositio significat verūtamen ista esse a parte rei est causa ꝓpositionis veritatis.nam ab eo q res est vel non est oratio vera vel falsa dicitur Verum pro maiore istorum intelligentia Notādum est primo q non est idem dicere a quo non cōuertitur consequentia ꝛ quo non conuertitur subsistēdi consequentia.nam ad primum sufficit q ab vno ad aliud sit bona consequentia ꝛ non econtra ꝛ illud a quo non econtra consequētia valet prius dicitur.verbi gratia superius respectu inferioris in hac significatione prius dicitur. nam sequitur homo est ergo animal est:ꝛ si aliquid est homo illud est animal.verūtamen econtra non seqtur: sed illud dicitur a quo non cōuertitur consequētia sub sistendi q sic se habet respectu alterius q si hoc verbuz existit vel eius participium predicetur de altero predicabitur etiam de eo hoc tamen respectu aliorum predicatorum minime oportet ꝛ hoc modo vnum est prius respectu duorum vnde sequitur duo sunt vel existunt: ergo vnum est vel existit.econtra autem non sequitur verumtamen a duobus ad vnum respectu cuiuscunq̄ predicati'consequentia non valet:quia nō sequitur sortes ꝛ plato sunt duo.ergo sunt vnum ex his sequuntur aliqua corelaria. Primum est q id a quo non conuertitur consequentia est superius ad id a quo non conuertitur subsistendi consequentia hoc patet ex declaratione terminorum,secundo sequitur in hac significatione substantiam esse priorem accidente.nam si accidēs est substantia est econuerso autem non oportet cū deus omni accidente secluso esse potest ꝛ per eius potētiā quancunq̄ substantiam sine accidente seruari posse est concedendum. Tertio sequitur q prius in prima significatione capitur prime intentionaliter ꝛ in secunda secunde. Primum patet:quia priozitas temporis conuenit rebus:ꝛ secunda priozitas conuenit terminis ꝛ secundum reales:licet vtraq̄ priozitas rebus conueniat:nichilominꝰ tamen prima conuenit rebus sīm quod sunt res.secunda vero conuenit rebus sīm quod sic vel sic concipiuntur. Quarto sequitur q capiendo prius et posterius in secūda significatione non repugnat priori sine posteriori:ꝛ posteriori sine priore esse vtraq̄ enim istorum terminorum homo animal potest esse sine alio: verumtamen capiendo esse pro supponere posterius sine priore esse non potest. ¶ Secundo notādum est q illa dicuntur prius ordine a quibus est incipiendū ordinate procedendo siue illa sint priora simpliciter:siue non q notanter dixerim:quia aliquando a posterioribus sīm naturam procedendum est vt philosophus docet primo phisicorum.nam nos procedimus ordinate a notioribus nobis que sunt sīm naturā posteriora hoc tamen non est verum in omnibus disciplinis vt patet de scientijs quarum principia sunt per se nota sub quarto autem modo priozitatis philosophꝰ comprehendit id q̄ est altero perfectius vt illud posteriꝰ alio dicatur q eo imperfectius est. Sub quinto autem modo priozitatis philosophus includit id q̄ est causa respectu alterius causa inquam in illa significatione in qua dimisse sunt causa conclusionis in demonstratione propter quid vt primo posteriorum capitulo secūdo dubio primo declarauī.

¶ Sequitur tertium capitulum istius tractatus.

¶ Sequitur textus.

¶ Capitulum tertium quot modis dicūtur ali qua simul.

SImul autem dicuntur simpliciter quidem ꝛ proprie quorum generatio in eodē est tempore.neutrū enim neqz prius neqz posterius eorum est. Simul itaqz secundum idem tempus dicuntur. Naturaliter autem simul sunt quecunqz conuertuntur quidem secūdum quod est esse consequentiam.sed nequaquaz alterū alteri causa est vt sit. vt in duplo et dimidio. Conuertuntur etenim hec. Nam cum duplū sit dimidiū est.ꝛ cum dimidium sit duplum est.sed neutrum alteri causa est vt sit. Dicuntur autem simul naturaliter.ꝛ que ex eodem genere ediuerso a seinuicem diuiduntur. Ediuerso autem diuidi dicuntur que secundum eandem sunt diuisionem.vt gressibile.volatile ꝛ aquatile.hec enim ediuerso diuiduntur que eodem sunt genere. Animal nāqz diuiditur in hec. in volatile.in gressibile ꝛ aquatile.ꝛ nichil horum prius est vel posterius.sed simul hec per naturam esse videntur.

Diuiditur autem ⁊ singulum horuz in species rursus vt greti ibile animal aliud volatile. aliud aquatile. Erūt ergo ⁊ illa simul naturaliter q̄cunq; ex eodez genere secundum eandem sunt diuisionem. Genera vero semper priora sunt. neqz enim conuertitur secūdum quod est esse consequentiam. vt cum quidem aquatile sit. animal est. cum vero sit animal non necesse est vt aquatile sit. Simul ergo per naturam dicūtur q̄cunqz quidem conuertuntur secundum quod est esse consequentiam. ꝫ nequaq; alterum alterius tm causa est. ⁊ ea que ex eodem genere ediuerso diuiduntur ab inuicem. ⁊ simpliciter simul sunt quorum in eodem est tēpore gñatio.

¶ In hac parte philosophus intēdit determinare q̄ modis aliqua dicuntur simul ⁊ intendit hoc in sententia aliqua dicuntur simul dupliciter prime intentionaliter ⁊ secunde. prime intentionaliter illa dicuntur simul quorum generatio est in eodem tēpore illa dicuntur simul. secunde intētionaliter que sic se habent q̄ ab vno ad aliud est bona consequentia ⁊ econtra: ⁊ tamen nullum est prius alio ⁊ ista simultas requiritur inter relatiuum et correlatiuum philosophus consequenter addit aliud modum simultatis. videlicet illa dicuntur simul natura que aliquod genus diuidunt sicut species vel differentie eius vnde rationale ⁊ irrationale simul dicuntur natura in ista significatione genera tamen priora dicuntur speciebus ⁊ differentijs: quia a differentijs ex speciebus bona est cōsequentia econtrario autem non valet: ⁊ quia de omnibus his in commentarijs super primum sententiarum doctoris subtilis distinctione decimatertia longus est factus sermo non amplius.

¶ Sequitur quartum Capitulum.

¶ Sequitur textus.

¶ Capitulum quartum de sex speciebus motus.

Motus autez species sunt sex. gñatio. corruptio. augmentū. diminutio. alteratio. secundū locuz mutatio. Alij itaqz motus palā est quia abinuicem sunt. Non eni est gñatio corruptio. neqz augmentum diminutio. neqz alteratio secūduz locum mutatio. Sīr aūt ⁊ alij. In alteratione vero ꝫ quandam questionem ne sit forte necessarium id quod alteratur per aliquam reliquaruz motionum alterari hoc aūt verum non est. Nam secunduz omnes pene passiones aut plures nobis accidit alterari. nulla aliaruz communicante motionū. nam neqz augeri necessarium est quod per passionē mouetur. neqz diminui. Sīr autē ⁊ in alijs. Ideoqz alia preter alios erit motus alteratio. nam si esset eadē id quod alteratur mox ⁊ augeri vel minui vel quandam aliarum cōsequētiam motionum fieri oporteret. ꝫ non necesse est.

Similiter autē ⁊ quod augetur. aut alia aliqua mutatione mouetur alterari oporteret. ꝫ sunt quedā crescentia que non alterantur. vt quadrangulus composito gnomone creuit quidē. alterum vero nichil factum est sic ⁊ in alijs huius modi Quare alij motus adinuicez sunt. Est autē simpliciter motui quidē quies contrarium. his vero que per singula sunt gñationi quidem corruptio augmento vero diminutio. secundū locum mutationi secūdum locum quies maxime videtur oppositum esse ⁊ forte in contrarium loci mutatio vt ei que inferius est ea que superius est. ⁊ ei que superius est ea que inferi⁹ est. Reliquo vero assignatorum motuum non facile est assignare quidē contrariuz. videtur aūt neqz esse ei aliquid contrarium nisi q̄tus ⁊ in hoc secundū qualitatem quietem opponat aut in cōtrariū qualitatis mutationez sicut ⁊ in mutatione secūdū locū q̄tez secūdū locū. aut in cōtrariū locū mutationem. Est eni alteratio mutatio secūdum qualitatem. quapropter mutationi secūdū qualitatem q̄es secūdum qualitatē erit opposita aut in contrariū qualitatis mutatio vt albū fieri ad id quod nigrū est fieri. Alteratī enim in cōtraria qualitatis mutatione facta.

¶ Sententia istius capituli cōsistit in sequentib⁹ propositionibus. Prima est sex sunt species motꝰ. prima est generatio corruptio. augmentatio diminutio/⁊ secundum locū mutatio. secūda est isti motꝰ ad inuicem differunt. nam generatio nō est corruptio nec augmentatio diminutio neq; alteratio est loci mutatio verum tamen quis posset dubitare an hoc sit verum ⁊ videtur q̄ non quia nichil potest augeri nisi alteretur nec forte alterari: sed hoc est falsum. non enim repugnat q̄ aliq̄d alteretur ⁊ nulla alia specie motus mutetur. similiter autem aliquid augetur ⁊ non alteratur. nam quadratum circunscripto gnomone crescit: sed non alteratur et quia ad aliquā alterationem sequitur diminutio et augmentatio. nam ad calefactionē sequitur rarefactio et ad frigefactionem cōdensatio dicit philosophus q̄ pene ſm omnes passiones aut plures nobis alterare accidit nulla aliorum motionum cōmunicāte. Tertia propositio est quies ⁊ motus contraria sunt per quietem intelligit priuationem motus: ⁊ sic patet ꝓpositionem verum habere in omni motu. Quarta propositio est corruptio contrariantur generationi ⁊ augmētatio diminutioni ⁊ econtra: ⁊ loci mutatio quieti in loco et motus sursum motui deorsum. similiter motui alterationis aliquid contrariatur licet illud non multum facile sit assignari: sed duplex est motui alterationis contrarium. scilicet quies in qualitate que est non acquisitio nec deperditio qualitatis ⁊ motus in contrariam qualitatem: ⁊ facile est ex multis antedictis ſm verāq; viam hec intelligere. verumtamen quia in tractatu de motu de istis ad longum dictum est nō amplius in presentiarum de eis: sed tātum philosophi exemplum declarabimus quadratū est duplex geometricū ⁊ arismeticum. Arismeticus vero numerus est qui resultat ex ductu alicuius numeri in seipsum vt numerus quaternarius qui ex ductu duorum in se resultat bis enim duo sunt quatuor. Gnomo arismeticus est numerus impar mediatus vel immediatꝰ numero quadrato quorum primus si addatur primo numero quadrato numerus quadratus resultabit cui si iterum addatur alius numerus qui sequitur in par numerus quadratus adhuc resultabit ⁊ sic in infinitum patet hoc. nam quatuor est primus numerus quadratus et si ei addātur quinq; resultant nouem qui sunt quadratus numerus cuius radix est tria ter tria sunt nouem cui si addantur septem resultabunt sexdecim numerus quadratus cuius radix est quattuor quater enim quattuor sunt sexdecim quadratum vero geometricū est figura superficialis resultans ex ductu alicuius linee in seipsam sicut figura. A. F. H. B. Gnomo vero geometricus est duo supplementa ⁊ vnum quadratum circa dyametrum consistens sicut. B. H. ⁊ H. D. que sunt duo supplementa. ⁊ L. H. quadratum circa dyametrum cōsistēs dyameter. nāq;. B. L. diuidit. B. H. ⁊ H. L. per medium per trigesimā quartaz primi Euclidis: q̄ igitur



tota figura. A. B. L. D. quadrata est sicut. A. H. sequitur q̄ quadratus. B. F. H. B. Gnomone circūscripto crescit: sed non alteratur crescit enim: q̄ illud quadratum minus est figura. A. L. q̄ autem nō alteretur patet quia. A. L. est figura quadrata ⁊ propterea non alteratur prima figura patet quia figura resultans ex circūscriptione Gnomonis habet similē denominationem est etiā figura quadrata q̄ autem. A. L. sit figura quadrata ex vltima primi Euclidis haud difficile cognoscitur. ex quo patet q̄ alterari in proposito capitur vt superius est ad alterari prime vel secūde intētionaliter illud alteratur prime intētionaliter quādo deperdit vel acquirit aliquam qualitatem secūde vero intentionaliter id dicitur alterari de quo incipit vel desinit verificari aliquis terminus qui de eo accidentaliter predicatur.

¶ Sequitur vltimum Capitulum.

¶Capitulum. v. quot modis dicitur habere.

HAbere multis dicitur modis. Aut enim tanquã habitũ ⁊ effectum. aut aliaz quamlibet quãlitatem. dicuntur enim disciplinã atq; virtutem habere. aut vt quãtitatem q enim qui magnitudinem habet contingit. Bicubituz enim dicitur. aut ea que circa corpus sunt. vt vestimentum vel tunicam. aut in mẽbro vt in manu anulum. aut vt membrum vt pedẽ vel manum. aut vt in vase vt in modio grana tritici aut in lagena vinum. Jn lagena enim vinum habere. ⁊ in modio grana tritici dicimus. hec enim omnia habere dicuntur vt in vase aut vt possessionem. Habere enim domum ⁊ agrum dicimus. aut etiam vir vxorem habere dicitur. sed ⁊ vxor virum. sed qui nunc dictus est modus alienissimꝰ in eo quod habere est. Nichil enim aliud vxorẽ habere significamus. nisi quia cohabitãt. Forte tamẽ ⁊ alij quidã de eo quod habere est apparebũt modi. sed q̃ dici consueuerãt. pene omnes enumerati sunt.

¶In isto capitulo philosophꝰ determinat quot modis aliquis dicitur habere aliq̃d: ⁊ dicit hoc in sententia multis modis aliq̃d dicitur habere aliud. Uno modo tanq̃ qualitatẽ sicut diximus Sortes habet disciplinam vel scientiã. Alio modo vt quãtitatem ⁊ hoc modo homo tricubitus dicitur habere quãtitatem tricubitam. Alio modo vt membrũ ⁊ hoc modo aliqs dicitur habere manum. Alio modo vt vestimentum: et sic dicitur habere tunicã vel pallium. Alio modo vt aliq̃d in membro: ⁊ hoc modo dicitur habere coronam. Alio modo vt continens contentum quomodo vas dicitur habere vinum. Alio modo vt possessionẽ quo modo dominus habet agrũ vel domum. Octauo modo sicut vir habet vxorem: sed iste modus est nimis improprius: quia virum habere vxorem nichil aliud est q̃ habitare cum ea ⁊ concludit philosophus dicẽs forte esse alios modos habendi q̃ veruz est. naz genus habet species et differentias ⁊ species habet differentias ⁊ genus et scientia subiectum et potentia obiectum: sed isti modi enumerati sunt famosiores: ⁊ hic est predicamentorum finis. Jn mense trinitatis laus perennis ⁊ gloria sempiterna Amen.

¶Expliciunt magistri Anthonij Coronel secobiensis super librum predicamẽtorum Aristotelis finitus quinto kalendas Maij anno dominice incarnationis Millesimo quingentesimo decimo octauo Die vero decima Mensis Decembris.

¶Nicolai Boucelet Francigene ad logici fontis siti bundum.

¶Eleicum Hexdecastichon.

O visqs es excelsas sophie q̃ gliscẽ ad arces
Scãdere: parnasi culmina sacra petẽs
Jdeoq; cupis tutus vitare meandros
Et logice syrtes: atq; charibdis aquas
Huc ades: huc vẽto virtus tua vela secũdo
Littus vt Anthoni proza reuersa terat
Hic etenim clauem (qua panditur alta minerue
Regia) depromit: dat quoq; mille vias.
Perq; vozat scylle tutam facit ipse periclum
Jre ratem: duce quo nulla pericla manent.
Conueniens illi cognomen fata dederunt:
Mamq; cozonandus iure Cozonel erat.
Aeternum logices tribuere rosaria nomen
Uernanti dignum fronde quod extat opus.
Plurimaq; immenso restant monumenta decore:
Fulgida: nec reliquis hoc minus extat opus.

¶Eiusdem ad virum tum litteris tum virtutibus admodum prestantem suumq; colẽdum preceptorem magistrum Joannem yañes.

¶Heroicum decastichon.

VErgilio sapiens natali mantua gaudet:
Peligni nasone suo letantur aquosi.
Atq; superba tuo erultas verona catullo
Cozduba lucanũ: ⁊ gecia iactat homerũ
Tuq; tolerane decus ipse vocaberis altũ
Hentis Johannes: sophie michi proditor alme.
Atq; cozonelico decozata segobia partu
Semper erit: perq; Anthoni laudata nitozem
Cuius ab altiloquis haustos iuuat esse labellis
Parhisios sophie fontes super astra nitentis.

¶Eiusdem ad studiosum nominalis philosophie commilitonem Alexandrum Sauary.

¶Eleicum Tetradecastichon.

ILiaco danaus bello celebratur achilles
Atq; hectoz patrie nata propago fue.
Aequore põpeium pfugus pyrata relicto
Jllustrat: fratrum thydea pugna refert
Te quoq; bisseni memorant alcida labozes
Et carthago ferox subdita scypiadas.
Ast illos superat gestis Anthonius altis
Qui sublime genus subijcit ingenio.
Cuius Alexander mozes imitemur: ⁊ amplo
Aonias eius fonte bibamus aquas.
Ecce cathegozias non prisce cognita genti
Dogmata, non vsit cognita cecropie.
Quarum si recto ducamus tramite gressus
Jnuenient dircen pectora nostra sacram.

¶Eiusdem ad Johannem Garnier eiusdem philosophie coarctetum Phaleuticum Endecasillabum Hexastichon.

VEl feruẽs animo/gradu citatus
Accedas/logices micantis ad sunt
Tempe grata nimis: nitoraq; phebi
Fulgoz similis/logi tenebras
Expellens: pariter virentis ad sunt
Hic logice flozes: legamus illos.

¶Eiusdem ad Jmicum Archilochiũ Jambicum decastichon.

IUuente mozdax corde cocytum ferens
Tetraq; sparsum qui vehis pectus styge
Desses camnus proprium reus caput
Torquere. Iernam desinas sub pectore
Celare mesto/cerberi virus simul
Sin pergis vltra: flammeas pluto tibi
(Consentiente triplici sententia)
Sedes parauit tantali penam supra
Magis labore belidum penas graues
Rapaciumq; morsibus volucrum.

¶FINIS.